

Angelus Politianus Laurentio Me-
dici Patrono suo .S. Sapienter (ut
cetera) Laurenti facis: qui sanctos
istos extremae quadragesimae dies consu-
mere in Agnano tuo malueris / q̄ Florētia.
¶ Quis .n. tutior portus: in quem de tantis
occupationum fluctibus enates: q̄ tyrthe-
nilitonis amoenissimus iste sinus atq; seces-
sus: ubi quasi quoddā nature certamen sit:
& gratia? Sed ego quoq; imitatus exēplū
(ceu fugitiuus urbis) assiduus in Fesulano
fui: cum Pico Mirādula meo: Coenobiūq;
illud ambo regularium Canonicoꝝ fre-
quentauimus / aui tui sumptibus extractū.
¶ Quin Abbas in eo Mattheus Bossus Vero-
nēsis / homo sāctis moribus! integerrimaq;
uita! sed & litteris politionibus mire cultus /
ita nos humanitate sua quadam tenuit / &
suauitate sermonis / ut ab eo digressi mox /
Ego & Pico / soli ppemodū relictī (quod
antea fere non accidebat) nec esse alter alte-
ri iam satis uideremur. Hoc ille arbitror sen-
tiēs / Dialogum nobis a se compositum de leuis ac
salutanibus animi gaudiis optulit / quasi ui-
cariū; cuius materia / stilusq; nos ita cepit:
ut q̄ diu quidem legebamus / facile auctoris

presentia careremus, Eum igitur ego Dialo-
gum mitto ad te quoque Laurēti: quem sub
ter pineta ista legas ad aquę caput. Delecta-
beris arbitror argumento: sensibus: indole:
nitore: uarietate: copia: nec in eo tamen do-
mesticas quoque laudes desiderabis, Ac si
tuis huc etiam accesserit ¹¹ calculus: dabitur
opera protinus: ut in multa liber ¹¹ exemplaria
transfundatur. Vale. *f. felix i. q. p. nob. p. e. d. r.*



MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CA-
NONICI REGVLARIS/AD TIMO-
THEVM VERON. CANON. RE-
GVL. PRAECONEM DEI SVM-
MVM DE VERIS/AC SALVTA-
RIBVS ANIMI GAVDIIS. li. 5.

PROHOEMIUM FOELICITER
INCIPIT,

SI QVIS EST VTI SA-
pientem/ac christianum uirum
oportet; qui uel de sua/uel de
comuni hominū uita cogitet
aliquādo! illum equidem plu-
rimum non admirari nō posse
existimo Thimothee pater/ mortales ipsos
maiore ex numero/ i tantā cæcitatē errorum
esse deductos: ut quod ab iis deberet curari
maxime: uideatur negligi maxime. Id autē
ipsum/ quod est omnino spemendum/ ac fu-
giēdū/ totis uotis/ atq; animis appeti. Quis
nobis his tēporibus dabitur: qui non in tan-
ta opinionis puerfirate uersetur: ut sese pro-
sternat/ uel saltem incuruet honoribus/ insa-
nis uoluptatibus/ imperiis/ ac populari glo-
ria? qui nō trudat naturā suam/ uel inuitam

Naturæ cō
moditates

ad uitia: atq; illi p flagiciosam persuasionē
falsi nō illudat. Quam certe naturā omnes
si (ut optimā sortiti sumus: ita optime seque
remur: haud esset sane: q quisque minus: q̄
beatissime: atq; sanctissime uiueret. Sed accu
sare merito nos illa iam potest: & conquen.
9. no.

Quid miser: quos libero arbitrio genui: &
cum sublimi ore ad celi fulgorē erexi: effecti
estis mortiferarum uoluptatum foeda māci
pia? Quid prolapsi tam diu premitis ima?
quid certis falsa/ sempiternis fragilia/ opti
mis praua anteponitis? & non magis uirtu
rem sectamini: quæ uerā & egregiā laudem
uobis dabit: quæ trāquillitatem uitæ pariet:
que nulla incōmoda/ nulla infesta/ sed neq;
ipsum mortis terrorem formidabit? Hæc ita
cōsideranti mihi sæpenumero/ ac mecum ta
cito animo uoluēti/ multa sane se offerunt:
ex quibus impius procedat hic error: & tan
ta omnium feruescat insania. Sed præter cę
tera/ unum illud potissimum: q̄ popularis
opinio/ ac omnis semp̄ erroribus fauēs mul
tudo efficit/ ut sine rationis delectu passim
singuli ruant in uitia: ducāq; nihil præstan
tius/ atq; eminetius in homine esse: q̄ quod
uidetur: simulq; esse nihil in uita iucūdius:
1.
2.
3.

• Cā errorū
popularis
fauorabilis
multitudo

proinde
p̄ pessios
q̄ istis
lectis popularis opinio
sēp̄ erroribus fauens mult.
estātus
inuentus

cundis

nihil amabilius: nihil deniq; expetibilius / q̄
cumulari his uanis honoribus / diuitiis / cete
nisq; fortunę bonis tanq̄ saginati: his sūmū
bonum constare / summa gaudia / sūmas de
licias: quibus qui careat / aut miserū esse / aut
miserabilē: qui uero affluat / fortunatissimū.

Amabilius
Expetibilius

Quæ sane peruersitas (quoniā maxima est:
suisq; illecebris ad uerum illud / atq; eminēs
uirtutis decus homines ire non sinit; incur
sanda est a nobis saepe & impetēda: quibus
erudiēde concionis / & alende multitudinis
credērium cælestibus pabulis munus est cre
ditum.

... inuadēda atq; incusanda
conuenienda. q̄ est aggr
impeto in
conuenire
contaggre

Quod si nōnunq̄ cum publicis uo
cibus / tum priuatis conuen solitus sum: &
rāto stomacho succēdere huic morbo / q̄ ma
gna est læsio humani animi: cuius uigorem /
lumēq; corrūpit. nuper id maxime egi una
cum Seraphim meo apud eum triduo de ue
ris / ac salutaribus animi gaudiis / differens /
excludensq; quicq̄ in bonis esse ducēdum /
nisi excellentem uirtutem: quæ sola est / que
nos usq; ad beatam uitam / idest gloriosum
deum & immortalem perducatur. Illorūq; die
rum disputata / ac deinde in dialogos uerba
tibi inscripsi / atq; dicaui. Sic. n. uisū est mihi
laborem nostrum nulli gratiorem futurum

... latet ac
cū desidio succēde
huc morbo. Ad de
itione huius morbi

... et 2 m. huius li.

Successo is
libu & sda
tuz e

id e. f. q̄
oia p̄sent
p̄ amore
deuz. f
et q̄ sola
sola manet
p̄ manet
utq. sola nos
faciet beatus
causa p̄sent
q̄ o fidelis
deppuramg: q̄ p̄sent. bez.

a iiii

^{ro.}
quod tibi: quippe qui primus mihi & beneuolenti
formam & sacrarum litterarum ornamento
conrueris. Debet. n. siquid est in me uel
ingenii uel doctrine (quod certe per exiguum
esse sentio) id prope suo iure eo referri: unde
factum est ut nasceretur. Quare ex ipso in
genio nostro (tanquam ex agello arente ac tenui)
hos fructus accipies: munus certe tuo meri
to non satis dignum! sed debitum tamen
& grati animi mei idoneum (ut spero) apud
te testem: emendationem uero magis & casti
gationem (quam laudem) postulaturum. Quod
ut sane tibi gratius esset: effecti potissimum ut
idem Seraphim noster mecum querat & di
spuleret; quo inter omnes (quos tuis praedica
tionibus monitisque sanctissimis ad diuini cul
tus ritum & caerimonias illexisti) qui tibi ma
gis afficiatur: & in te deum sanctius adoret
noui neminem. Tu uero de re ipsa iam utriusque
cape sententiam: quam sic benigne atque au
de legere debebis: ac nos paterno quodam
amore complecteris.

PROHOEMIUM
F I N I T.

his
Dragma est quarta
era est et non. c. IIII

30. qd. Questio siue interrogatio

Unde dragnaticus laus & interrogatio. Unde quoddam
genus loquendi de dragnaticis. si quod sit inter interrogate
it respondentem. Et prope per personas introductas
ut interuentio uel huiusmodi.

Et papias dicit. qd. dragnaticum est qd. dicitur in q.
poeta nusquam loq. si plone introduce tm.

Unde dicitur genera per ta si dragnaticum. disputatio. it. dialectice
vide i. cathe. hinc dicitur. Di dragnaticum dialectice doctrinae est dicitur
et hermeneuticus. Narratio & oratio
vel ordine motus siue rhetorice narratio

Li. I. 19

INTER MATTHAEVUM VERON. ET
SERAPHIM PATAVVM CANONI-
COS REGVLARES DE VERIS/AC
SALVTARIBVS ANIMI GAVDIIS
DIALOGVS INCIPIT.

Li. 07. et excellentissimae

TOLLE GVSTA EXVLTATA
.MAT.

q VID CAVSAE EST QVOD
tā festiuus ad nos uenis mi sua-
uissime Seraphim ? SE. Quod
(quem diu absentem desiderauit)
nunc tādē præsēntem te complector/arq;
cōspicio, MA. Id etiā cum te intuerer sic
esse arbitrabar. Sed oro/affers ne aliquid no-
ui: an aliquid a me expetis ? SE. Mihi sane
nihil est noui: quod scire te uelle existimē:
Sed iucunda est mihi tua præsēntia: iucun-
dior sermo. Quāre (si ut cōuesti) pro tua hu-
manitate) de aliquo differueris: ent (ut spe-
ro) iucūdidissimus hic mihi dies, MA. Omnia
iam (ut uideo) iucunditatis plena sunt: neq;
possum existimare/nō mihi quoq; tanta ex
iucunditate fore letandum, SE. Letabere si
uoles: & quātum ipse uoles, MA. Bene est:
sed iam age quo laerer, SE. Id in te est: atq;
ex te nascentibus gaudiis, MAT. Hei que

oro - i. orat' quero

Ans
9. 5

intra me gaudia! qui inter religiosos hosce
& celestes pene uiros (tanq̄ inutilis) sic uiuo.

Me ifelicē! ut cū miser sum) puter posse gau-
dere. In tanto & tam crebro uitę naufragio
inualidus nauta/ & rei naualis ignarus/ qui
possum lætan/ si non amens sim? præsertim
cum Salomon/ uir omnium suo æuo atq; prio-
re sapiētissimus. Risum (inquat) reputau me
rorē; & gaudio dixi quid frustra deciperis?

SER. At quo modo non lætandum! cū iam
uix cepta tua ista me delectet oratio. Vox/
gestus/ uultus/ & oēs corporis motus iucū-
di mihi sint & uideantur. MA. Id accidere
tibi minime inficior/ uiro quidē innocētissi-
ma uita/ atq; suauū ingenio. Mea uero igna-
uia & i orro domini sterilitas/ nihil tale mihi
pmittit. Quod si tu tamē ex ipsis tuis gai-
diis non nihil nobis uales impartiri: & nos
continuo forsitan adgaudebimus. SE. De-
syderio meo hodie puto satisfactum iri: ut
ex his uerbis aliqua oriatur disputatio. Cū
ad te ueni/ incertus penitus erā/ de quo que-
rerem! sed iam (ut uideo) eo pductus est ser-
mo: ut de gaudiis animi possit disputari.

9. Quare/ si est tibi ocium: & te non pigeat: ut
in reliquis antea persæpe fecisti: ita nūc hac

†
Solomon Eccl. 2. a.

in re mihi gratificabere, MA. Utinā possim
 nedum quidem nō pigebit: sed erit res ipsa
 mihi pergrata, Oci uero tantum mihi erit: *antypō*
 quantum & tibi: cum utriq; par quies: parq;
 negotium sit: eadem uita: ædem studiorū
 uoluntates: eque ad uirtutē animus currēs,
SER. Me beant isthæc promissa. Sed si tibi
 uiderur/ petamus abdita, Hæc ampla porti
 cus/ & splendenti celo patula/ pratiq; amoe
 na uiriditas/ animum dissipat, MA. Est ut
 dicis. Nam opaca sensum continēt: apertio
ra dilacerant. Igitur secedamus, SE. I præ:
 te sequar, MA. Iam mihi intereundum suc
 currit mos ille socraticus puetus: & interdū
 a Cicerone suus i dialogis usurpatus: ut cū
 alter dixerit: alter nōnunq; cōtradicat: quo
 facilius ex utroq; (quod uerū est) elucescat,
SER. Mos iste nō modo Socraticus est: sed
 eorum etiam: quos theologos modo nūcu
 pamus. Afferunt. n. ad utranq; quæstionis
 partem rationes. & deniq; quid certum sit
 firmitus/ clariusq; diffiniunt, MA. Est ut di
 cis. Et quoniā iam de ratione differēdi inter
 nos conuenit: consedeamus. Hoc enim sa
 cellum nos inuitat, SER. Nusq; melius. Fa
 uebunt nobis sacra. Sed uis ne de uero gau

Mos socra
ticus

Cicero
ut cū fiat

Non p. bed.
et cōsent

Theologo
rū Argumē
rationes

Non p. bed.
logis

veniat hoi gaudium
 tripartito diuisionis ordine opus e nob. p. gaudiorum
 19. in bonorum a pp. 26.
 39. tale sanctorum i patria a pp. 27
 (et. 29.)

dio interrogem: an affers tu aliud i mediū.
 problema, MA. De gaudio si placet: quan-
 do nescio quomodo (ut ante dicebas) i illud
 sermo profluxit, SER. Primum igitur que-
 ro unde ueniat homini gaudium. MA. Nō
 potest tibi plene responderi: nisi tripartito
 ordine diuisionis: quonia bonorum/malo-
 rumq; hominum gaudia inter se differunt:
 itemq; sanctorum in patria. Ex quo triplex
 adhibenda disputatio. Sic. n. uidemus tria
 hęc genera hominū posse gaudere, SE. Si
 de singulis futura ē disputatio: de inani ac
 uoluptuoso gaudio oro incipiamus: sic. n.
 ordo exigit. Ex uoluptate praterea ingens
 adeo gaudium pcreari compertū est: ut in ea
 non nulli philosophorum summū bonum
 esse putauerint. Ex quo quidē numero fuit
 imprimis Anstippus: deinde Epicurus: quo-
 rum sectas (ut procliuor est quisq; in uitia;
 ita est popularis turba semper imitata; imi-
 raturq; adhuc, MA. Qui purat cum corpo-
 ribus animos simul interire: & suorum scele-
 rum impunitatem affectant: si fortasse sense-
 rint optimum bonum uoluptate constare:
 ex quorum genere uideto Epicurum ne di-
 xeris, SER. Miror q Epicurum excipias: de

7. 20
 50.
 quosdam p. fidos
 69 distines
 illatens placet
 gaudiorum hoi q. 3. f.
 1.
 2.
 3.
 in man ac uoluptuoso
 gaudium ut fiat exorat.
 19. in bonorum a pp. 26.
 39. tale sanctorum i patria a pp. 27
 (et. 29.)
 hinc impriet q. distilio
 hinc oportuna quid d
 isto tripartito ordine
 abut usq; ad pp. 16. ubi
 ut (unde dicitur) uenit
 Anstippus
 Epicurus
 ego loq
 in Argum
 19. in bonorum a pp. 26.
 39. tale sanctorum i patria a pp. 27
 (et. 29.)
 h. No. c.
 precedet
 seu com.
 113

quo etiam scurrę locuntur ad calicę: & eum
quisq; conuiciis incessit: cuiusq; obscenitas
uite peruenit ad probra uulgaris infamię:
& uentris ingluues iam tãto ludibrio est:
ut sit cuiq; turpissimum uocirari Epicureũ:

Antipa

Quod uero (ut dicis) uoluptatis affectores
immortalitatem animi negent: nihil dubius
sum. Verum quoq; (qui nũc uoluptuosam
uitã sibi prescribunt) eos ipsos scire nõ mul-
to secus (q̃ priores illos) arbitror. Sed age:
da primum (si lubet) cur Epicurum excipis.
Tum possit ne argumẽtatione comprehen-
di animi ppetuitas. Si. n. nulla ratione ostẽ-
ditur animum non posse dissolui! hos pro-
fecto sapientes appellemus: qui uoluptatẽ
corporis sibi proponunt. Sin autẽ perennis
ille demõstratur: uniuersi nimirum stultissi-
mi sũt: qui ex uoluptatibus / diuitiis / honori-
bus / ac reliquis fortunę bonis gaudia quæ-
rant) est necesse. MA. Quãuis copiosam
siue de Epicuro / siue de immortalitate animo-
rum orationẽ res postulet: tamen (ne nimiũ
a pposito digrediar: simulq; tibi satisfaciã:)
breuiter utrũq; perstringam. Ita dico mi Se-
raphim. Nõ audio eum qui Epicuro impu-
ritatem uitę / uentrisq; saturitatem obiiciat:

medit. de Epicuro
02. d. s.
de Ammonio
ff. 10.
de Epicuro
Not. p. s. de n. p.
epicuro p. 10.

cum siquidē fuerit ille philosophus singu-
 laris continentie & tenuissimi uictus: pane
 cibario duntaxat & aqua sit usus: & ad so-
 lenem interdum mēsam solum accederent
 orti: aut (si epulari pretiosius uoluisset) pau-
 lulum casei, ^{epicurius} Illum apud Diogenem Laertiū
 de se loquētem audi. Cum dicamus ^{epicurius} (inquit)
 uoluptatem finem esse: non luxuriosorum
 uoluptates: easq; quæ in gustu sunt positæ)
 dicimus: ut quidā ignorantes: aut a nostra
 sententia dissidentes: aut male accipientes
 arbitrātur. Sed nō dolere corpore: animoq;
 trāquillum esse: & Perturbatione uacare di-
 cimus. Non. n. cōuiuia & commessationes;
 non puerorum mulierumq; congressus: nō
 piscium æsus & cæterorū quæ affert pretio-
 sior mensa) suauem gignit uitam. Verum ra-
 tio sobria/ causasq; p̄scrutans/ cur queq; uel
 eligenda/ uel fugienda sint: opinionelq; ex-
 pellēs: p̄ quas animos (ut plurimum) tumul-
 tus occupat. Horum omnium iniciū/ maxi-
 mūq; bonum/ prudētia est. Quo circa philo-
 sophiā quoq; prudētia extimatione ātecel-
 lit: ex qua reliquæ uirtutes omnes oriūtur.
 docentes ut nō sit iucunde uiuere/ nisi pru-
 dēter/ honeste/ iusteq; uiuatur. Quippe uir-

Diogenes
 Laertius

Epicurius lo.

Epicurius de voluptate
 Quō acci-
 piendus est
 Epicurus

contra las confudias
 de nra pena et ad
 qd recta solba
 e nobis voluptati
 habenda.



Antipo

de la illa prudētia
 et uirtutibus.

No. 9

au

tutes / suavi / ac iucundæ uitæ cõiunctæ sunt:

Lucidæq; uita / seperari a uirtutibus nequit,

En cur Epicurum excipio: Cuius uerba / nō uoluptuosi & eneruati hominis sūt: sed animosa & profecto christiano Hercule digna.

Antipho

At uero quoniam de se ipso testatur: si res non satis fidem capit: Aneum Senecam audiamus / Virum sane splendidissimo ingenio / & ut Stoycum rigidissimo animo: qui illius continentissimam uitam / atq; frugalitatem / ad Lucilum scribēs / est his laudibus profecutus.

Seneca in laudē Epicuri.


Se.

Egregia Epicuri dicra cōmemoro / ut isti (qui ad illa confugiūt) spe mala induci: (qui uelamenta se suorum uitiorū habituros esse existimant) probent quocunq; ierint: honeste esse uiuēdum. Cum adierint ista: audient ortulos & inscriptū ortulis: ho-

spēs hic bene manebis. Hic sūnum bonum uoluptas ē. Paratus erit istius domicilii custos / hospitalis humanus: & te polenta excipiet: & aquam quoq; large administrabit:

& dicet hic. Quid. Bene acceptus es? Non iritant inquit hi ortuli famē: sed extingūt. Nō maiorem ipsis potionibus sitim faciūt: sed naturali & gratuito remedio sedāt. Alia plerisq; suis i epistolis de hoc philosopho

Antipho
hic in se
can
Dilectus
exultat



Legimus vel cibus facilis et polenta...

pluribus gemet...

ad Lucilum suū in charissimā dicit

pene innumera magnifice & sanctissime dicta
commemoratur summa laude & ueneratione
dignissima. quibus non sicut humanis ser-
monibus: sed ppe diuinis oraculis) utitur:
suaq; scripta passim (ueluti margaritis qbus
dam flosculisq; suauissimis ac redolentibus)
ornat. Quae oia si psequi uelim: me potius
destituet dies: q̄ illorum copia: & (quod ni-
timur euitare) modum non habebit oratio.

Diuus Hieronimus

Eodem optima p̄ho Epica
liber 1 2 h. ad. 189

oumanus

Venio potius ad Hieronymum nostrum san-
ctissimum: cuius auctoritas apud nos sem-
per plurimum ualuit. In secundo .n. aduer-
sus Iouinianum libro. Epicurus (inquit) oēs
suos libros repleuit olenibus, pomis: ac uili-
bus cibis dicens esse utendum: quia carnes
& exquisitae epulae ingenti cura ac miseria
praeparantur: maioremq; penam habent i in-
quirendo: q̄ uoluptatem) in abutendo. Non
pergam plura de Epicuro referre. Nos .n. (q̄
sequimur ueritate) nec ultra id (quod sponte
se offert ueritati) disceptamus: tantis aucto-
ribus fidem oportet habeamus. SER. Gra-
uia sunt tantorum hominum testimonia: &
clarissimae ac firmissime uoces: quibus (auer-
rat Deus) ut ausim contradicere. Sed non par-
ua tamen adhuc me admiratio tenet: atq;

animū pulsat / cur cause est: ut non modo
 imperitū uulgus (a quo facile est dissentire)
 Verum & non nulli eorum / qui docti habē
 tur: illum cōtumeliis afficiunt & moribus
 lacerāt. Nā Cicero caput linguæ latine / græ
 ce uero eque peritissimus: sed præterea inda
 gator omnium rerum solertissimus / cū mul
 tis in locis / tum maxime i rufculanātū quæ
 stionum libris i festo aduersus eum animo
 acerrime pugnat. Illum irridet i Phalaridis
 rauto eam uocē emissurum. Suaue est: nihil
 curo. Et in suis se torminibus / atq; strāguria
 gloriantem: quasi constantius ista diceret:
 q̄ sequeretur. Oratius quoq; poeta non ob
 scurus i eius probrum his uersiculis utitur.

animus
 Polidius
 Cicero

Timocritus

Oratius

D. L. L. L.
 Ambrosius
 Florinus

Not.

X4

50

Me p̄guē & nitidū & bene curata cute uisef.
Cum ridere uoles epicuri de grege porcū,
MA. Versimillima & ad rem tua est admi
 ratio: & efficit / ut plunbus q̄ putarā de Epi
 curo loquamur. Sed dic: habes ne plura cō
 perta in eum: ut omnibus una opera possit
 responderi? **SER.** Habeo nihil / præter uul
 garem infamiam. Sed leuitatis ac pessimi er
 roris auctor semper est turba. **MA.** Adau
 gebimus autē. n̄. suspicionem. ne quid post
 hac tibi animum pulset: simulq; uniuersa re

b i

¹ Diotimus fellemus. Diotimus ac Possidonius Stoyci
² Possidōius in illum inuerti plurimum sūt. Alter quidē
 Leontia quinquaginta epistolas ipudicas & turpes
³ Epitetus ab eo scriptas referēs. Alter uero ipsū Leon-
 tia meretrici cōgredi solitū. Epitetus quoq;
 eundem (ut lasciuum loquacemq;) increpat:
⁴ Timocrates magnisq; cōuiciis insequitur. Timocrates
 item bis illum diebus singulis uomere soli-
 tum ex nimia crapula asserit. Multa quoq;
 peccare in oratione: ac in uita multo plura:
 minamq; quotidie in cibos cōsumere. Hæc *Epilo*
 sunt quæ Epicuro obiici solēt; quæ a nobis
 hoc ordine sunt refellenda. Primum (ut iis
 omnibus (quos modo commemorauimus) tum
 ut Ciceroni tuo / atq; Flacco respondeatur.)
 Atq; ut ab his incipiam; Diotimum Stoycū
possidonium Epiterum Timocratem: hos
D. Laertius omnes insanire & obloqui / testis ē Laertius -
 qui Epicuri uitam & diligēter / & ornare cō-
 scripsit: quam nostris temporibus latinam
Ambrosius fecit Ambrosius Florētinus / uir monasticæ
Florētinus p̄fessionis: atq; eloquens. Causas uero con- *Antip̄*
 tumelianum nullas repperi / præter inuidiā.:
 quæ inuidū quenq; suis semper stimulis cō-
 citat: ut in altero doleat. uel uirtutem eius:
 uel felicitatem: & ī propriam penam / bona



Defensio
Epicuri.

Synonyma Not.
 p̄ Inuidia inuidia
 Connodit inuidia et ex.

aliena conuertat. Nam uiri huius egregias
 laudes & presertim frugalitatem uite pmul-
 ti testantur. Summa praeterea illum i parentes
 pietate: i fratres praecipua beniuolentia: man-
 fuerudine in seruos: humanitate in credibi-
 li in omnes fuisse Laertius iterum testis est.
 Quid dicam de cultu ad deos? De amicitia
 ad patriam: in qua tanta modestia & pbitate
 se gessit: ut statuis aereis illum donare decre-
 uerit: atq; donarit: quod ulli philosophoru
 raro legimus accidisse. Schola eius ceteris
 ferme oibus deficientibus: quotidie numero-
 sior erat. Multi ad eum undiq; confluebant. Plu-
 rimis quidem maximisque philosophis carus
 extitit. Edidit uero tot librorum uolumina:
 ut in multitudine facile ei comparari non pos-
 sit alius. Talia atq; similia: quae multo plura
 in ipso fuere: quam dixerim. Illi inuidorum ma-
 ledicentiam: calumnias: similtates: odia pe-
 pererunt. Ciceroni uero ^{at tantis} tamen liuorem: aut
 maledicentiam ^{iniqua qualis} haud quam ascribo. Neque
 enim fas esse duco: tanti uiri: summiq; ora-
 toris maiestatem illibatam non relinquere.
 ubi maxime non uidetur aperte de uitio.
 Eum potius existimemus: ut qui erat Aca-
 demicus totus: ita facile ab aliis dissensisse.

bono. t.

Cicero

O. Flaccus

Restat ut Flaccum recte intelligamus: tum
omnis soluetur tibi dubitatio. Is namque non
(quasi suum) Epicurum obiurgat: sed in mor-
sum uoluptuosorum hominum ruit: eos no-
rans: qui legem Epicuri nequiter interpreta-
ti uoluptuosam uitam suisque simillimam si-
bi imitandam anteponunt. Quare ut iam tan-
dem tam multis ultro citroque habitis atque di-
scussis: reliqua breui narratione perstringam.

Aristippus

Epicurus noster summum bonum non in corpo-
ris uoluptate diffinit. Quod uel solus ex
philosophis omnibus fecit Aristippus: ui-
lissimum profecto carnis mancipium: quem
cum hominem natura genuisset: pecudem
electione se maluit. Sed in uoluptate animi
censet: quem non putauit posse aut esse feli-
cem: aut dici nisi per summam uirtutem. Ea-
que ob rem uirtuti seruiens: panem & aquam
polentam atque olera omnibus ubique praedi-
cabat publice atque priuatim: caste sobrie iu-
ste sancteque dicens esse uiuendum. Verum
illud fateor quoque illum fortasse non uidisse
quid mali posteris sua importaret assertio:
& quantum licentiae peccandi concederet:
cum moribus omnium congruentissimam
sectam apponeret: cum animum ipsum ui-

no In quo pec-
care potuit
Epicurus

3^o in Epicuri laudibus

deamus rã scelere/ q̄ p̄bitate idifferēter de-
lectari: eosq; raros esse/ quos uirtus alliciat:
• sed ferme ifinitos/ quos error iuoluat. Aut
certe mala ista si uidit/ iprobe dissimulasse:
• ut populari uoluptatis appellatione sua
disciplina esset multo celebrior: & ea ratio
ne ad se multitudinem traheret: ut certe cō-
traxit. **SE.** Quantū attinet ad epicuri sectā
fatis i presens per te mihi factum ē. Quod
reliquum est: si tibi uidetur: de immortali-
tate dic animorum: quod utinam quemad-
modum antedicta possim æque percipere.
MA. Cū. n. philosophi uniuersi/ qui aut de
monibus/ aut de natura rerū aliqd recte sen-
serūt: cū Astronomi: medici: hystorici: ora-
tores: poete: sibylle: oracula ipsa: & totius
pene orbis terræ consensus/ icorruptibiles
esse animos clara uoce pronuntiet: nihilq;
certius: ^{si} auctoritatibus sapientum fides
habenda est; teneatur. Quid est tandem:
cur uelis rem tam compertam; tamq; p̄spi-
ciam/ denuo confirmari. **SER.** Legi profē-
cto q̄ plurima tum ueterum/ tum nostrorū
hominū testimonia: & nuper quidē Fran-
ciscus Philelphus: uir summo ingenio: exi-
miaq; doctrina Mediolani librum edidit:

Antipō

Trinito.

CC. 2. p. d. a. 107. 11

Franciscus
philelphus

Aeneas so-
phista.

Ambrosius
florētinus
monachus

Socrates ^{no}

Plato: cyrus

Scipio: caro

Cicero: salu-

sius: Liuius

Valerius

Thomas

de aquo

in quo ea omnia (quæ dici posse de immor-
talitate animorum uisa sunt) est eleganter &
copiose complexus: quem eundem & te ui-
disse paucis ante diebus reor: cum ibi esses:

Et Aeneam sophistam per hæpe in manibus
habeo: quem transtulit ex græcis fontibus
ille Ambrosius Florētinus monachus: quē
ante cōmemorasti. Sed uellem præterea id
ipsum argumentationibus firmioribus di-
sputari: neq; tantum tribui auctoritatibus:

quantum rationibus: quæ hoc egregium in
se habent: ut eis animus acquiescat: & si qd
tribuendum est auctoritatibus: diuinæ illæ

sint. Socratem uero: Platonem: Cyrum ma-
iorem: Scipionem Africanum: Catonem: &
reliquam huiusmodi turbam: Cicero: Salu-
sius: Valerius: cæteriq; scriptores: sibi ha-
beant: quorum testimoniis omnia sua uo-
lumina immortalitate refererūt. Nos uero
sanctorum prophetarum uaticinia accipia-
mus. Thomam Aquinatē & uitæ sanctimo-
nia: & ingenii sublimitate præstantem: reli-
quosq; doctores catholicos imitemur. MA.

Recte sentis mi Seraphim: ut nobis / p̄fessio-
niq; nostræ innitēdū sit efficacibus argumē-
tis / sacrisq; sermonibus. Sed i hoc disserēdi

†
hic qd equum qd ne exat
nisi p̄tate in se rōes
abet magis q̄ auctores
hene a diuisis elogis.

qz p

genere nō eque splēdet oratio: contractior
 incultior: asperior sit ē necesse, SER. Assen-
 tor plane: sed non tam expectendus est no-
 bis orationis lepor: q̄ ueri maiestas: atq; fir-
 missimorum locorū uis, Quare (ut aliquid
 theologicæ dicas: quemadmodum dici po-
 test) expecto, MA. Faciam: & id quidem q̄
 breuiter ac dilucide potero, Negēt igitur im-
 mortalitatē animi: qui quadrupedum mo-
 re uiuentes sibi ipsis uoluptatem carnis de-
 ligūt: quiq; dedecore omni cōscientias pol-
 luerunt: dicantq; post mortem nullum infe-
 ris sensum esse: ac dissoluto corpore spiritū
 euanescere, SER. Nihil pfecto melius. Sed
 tu modo illis respondeas, MA. Id conten-
 dā atq; emoliar. Tu interim da mihi operā,
 SERA. Do sane, MA. Humanus animus si
 dissoluēdus esset: nullo modo dissolui pos-
 set: ut Theologi putāt: nisi quēadmodum
 dissoluuntur cætera omnia, Verū enim uero
 q̄cquid natura ipsa pducit: q̄cqd apparet
 in terris trifariam labefactari: extinguiq; po-
 test. Id enī oportebit: Aut fiat actione con-
traria: hoc est cū expugnāt se inuicē frigidū
 & calidū: humectū atq; aridū; aut pprio sub-
 acto & exterminato subiecto: q̄le pfecto est

do in autā

bestialium
hereticorum q
et cogitatione dig q

Rō theolo
gica

in de gnoce cor

Triplex
modus cor-
ruptionis.
i oibus corrup

vcc q

1

2

q̄ de gno
naturale
corrup p 3

at actione contraria
at ppo subacto et exterminato subiecto
at imbecillitate regentis / q̄ suat q̄ cause

b iiii

o & tbg mys
corruptionis
mby humani
vig nitates p
corrupti. p
si^a tphariaz.

2. ibi. Neqz qd e a nob 2^o dicendum e

3. 1. a uare qso ut p qus e

3. cum destructo ore destruitur uis eloquen
di, Aut certe postremo imbecillitate regen
tis cōseruantisq; causā. Id genus subtracto

Alus nō ex
tiguif actio
ne cōtraria

sole: qui est fulgoris origo: adimitur mox
omnis in aere fulgor. At uero animus ipse
primo illo modo (quē diximus) destrui ne
quaq̄ potest: cū contrariorū elementorum
lesione uacet omnino: nihilq; ī eo sit mix
tum/ atq; cōctetum: nihil igneū/ aut ex hu
more/ aut aere/ aut terra pductum: sed ex
trīsecus ex nullis seminibus: nullaq; mate
ria creatus/ ab opifice rerū deo optimo/ ma
ximo ueniat ad corpus: & simul infunden

Augustinus

do creetur: & creādo infundat̄/ ut Augusti
ni nostri terminis utar; Nulla certe corrup
tio ī eo inueniri potest: quod simplex est/

Rōtulo

& immixtum. Generatio autē omnis atq;
corruptio in cōpositis fiat est necesse/ atq;
ex cōtrariantibus inuicē. Quappter corpo
ra illa celestia (ī quibus est nullius elementi

Celi icor
raptibiles

cōmixtio/ nihilq; dissidēs:) sēpiterna omni
no esse dicimus. Quod (si superiores illos or
bes) q̄to magis animū sempiternū esse dice
mus: cuius gratia cōditi sunt: q̄ sacer est: q̄
diuinus: qui inuisibilis: & par ipsi Deo/ ma
iore sui parte: si dictu fas est: Quem deniq;

Tōlex
mores cor
mōm

.p.

M. Tullius ita diffinit: Singularis ē. n. que
dam natura/ atq; uis animi/ seiuncta ab his
usitatis/ notisq; naturis. Itaq; quicquid est
 illud/ quod sentit: quod sapit: quod uiuit:
 quod uiget: caeleste & diuinum ē. Ob eāq; ^{9. 9}
 rem eternum sit necesse est. Hęc igitur cum ^{9. 9}
 ita sint: extinguet nulla uis animum: siue
 illa sit ferrum: siue eculeus: siue ignis: siue
 gurges: siue humidū: siue flabile: siue etiā
 (ut poete dicerēt) apud Acheronta/ stygiāq;
 paludem tricipitis Cerberi faucibus glutia-
 tur. Quid ē uero animus ipse potissimum:
 nisi cuiusq; rei intelligendę principiu? Qui
 cum intelligit contrariorum rationem/ atq;
 uim: illum non tamen uidemus ullo pacto
 corrumpi/ quēadmodum corpora ipsa con-
 creta contrariis/ quādo cōtrariam uim sen-
 tiunt? Neq; quod ē a nobis secundo dicen-
dum/ cū emonē corpus/ potest & animas
emonē. Exui ē. n. corpore instar operimēti:
 quo tegebat: & ab illo diuellit/ ac sepe-
 rat: tanq̄ diuinum quiddam & sempiternum a
 corruptibili/ & crassiore quadam massa ea-
 tenus destructioni ac putredini obnoxia:
 quoad in fine seculorum omnis caro repa-
 ret ad uitam. Cū uero ex corpore animus

M. Tullius

Cerberus

Animus qd

Quod ani-
 mus p cor-
 poris mor-
 te nō extin-
 guit

no.

at quatenus



nullatenus pendeat: magis autem ex animo
 corpus: ipseque animus corpus informet: uiui-
 ficet: ageret: regat: conseruet ut sua forma ma-
 teriem: fieri nullo modo potest: ut extermi-
 nato cadauere: exterminetur & aius SER.
 Recte tu quidem ista prosequeris: & ex theo-
 logia philosophiaque fontibus tua dicta con-
 stituis: qua quidem re admodum laetor. Sed
 licet ne ad ista respondeam? MAT. Licet ue-
 ro: atque ut facias oro. Nulla enim ueri inue-
niendi facilius ratio: quam ut refellas: uel obiicias
saepe. SERA: Si quae attingisti uera sunt: con-
 sequens est: ut brutorum animas sempiter-
 nas esse dicamus: quia inuisibiles sunt: nul-
 laque ex materia compositae: & corpora sua in-
 formant: uiuificant: agitant: regunt: & ex cor-
 poribus quasi tenues aurae uidentur exire.
MAT. Argutius nihil potuit per te dubita-
 ri. Sed tamen in promptu est: quod tibi respon-
 deam: quod cum acceperis: fies tu quidem
 statim ingentis certitudinis plenus. Brutorum
 & enim animas post corpora manere non di-
 cimus: quoniam materiam ex qua ortae sunt ha-
 bent. Educuntur enim ex uirtute ipsa: poten-
 tiaque materiae: estque illis ex crassa & destructi-
 bili concretionem terrenam: mortali que natura ori-

p. bene
 honeste
 iucunde
 p. fidei dicitur
 putare. o. q. p. q. quos
 disputab. 2. 7
 6. 2.

Brutorum
 aie cur sunt
 imortales

go atque principium. Quod satis diuino testimonio a conditione rerum est declaratum: cum in principio libri Geneseos quantum ad hæc animantia dixerit deus: Producat terra animam uiuentem, Quantum autem ad hominem (qui particeps quodammodo diuinitatis futurus erat) Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram, Quibus rationibus adductus Salomon Reueratur (inquit) puluis ī terram suam: unde erat, & spiritus ad eum: qui dedit illum, Quæ uerba catholici interpretes sic intelligenda censent: ut puluis referatur ad mata; sed ad hominem spiritus. Ergo si hæc formæ brutorum materiales sunt: ut certe sunt; utique necesse est adgenerentur adgenerata materia: & intereant interempta materia. SERA: Liquec iam mihi res: atq; eo amplius: q̄ tam magnū est dei testimonium (quod induxisti); ut illi fidem nedū habeam: uerum quoq; nudato uertice reuerēter assurgā. MA. Letor q̄ cū homine magnæ pietatis & fidei ē mihi res. SE. Me tenet eadē parq; uoluptas: ut nactus sim q̄ pie & fideliter doceat. Quare te quaeso ut pergas absoluerē quod tertio loco restat absoluedum: utrum ne scilicet impotentia sue

ab hōu
Genesis. 1. c.

Salomon eccl. 12. c.
et eccl. 3. d. terra facta
et i. tra. p. itez reu. ut

Expō catho.
Sēp spūitū.

9^o

9^o 9^o (cc. 3^m m3 et l)

99' Quod de
fectu suae
causae aius
iterite non
potest

ac pprie causae humanus animus possit in
terire. MA. Nihil pfecto minus: nisi orbis
ipse rector de caelo labar & cōcidat: quod
tam absurdum ē dictu: ut absurdius nihil
possit humana ratio cogitare. Vniuersam
.n. mundi machinam (quae tractu celi ambi
tur) cunctaq; creata (quae cernimus) finxit sa
pientissimus ille: ac potentissimus artifex
deus hominis causa: & illa iperio eius sub
stravit. Hominē uero suum uoluit esse cul
torem. illum ppter se condidit: illum inten
to ad se ore figurauit. illum ad caelum (un
de ortum habet) erexit: atq; cōstituit. Cum
igitur ex hac uita (tanq̄ ex lōga pegrinatio
ne atq; naufragio) ad suum factorem: caele
steq; illud domicilium (unde decerptus ē)
euolauerit: sibi ppetuo cōquiescat oportet:
quoniam ibi eius est finis felix: atq; perpe
tuus: idest glonofus deus & immortalis.
SER. Perpulchre q̄rum ad sanctos hoies
attinet. Sed quid de reprobis: quorū finis
nequaq̄ est deus: cū a deo sint p̄sus auer
si. MA. Idem de quibuscūq; mortalibus
sentias. Pares siquidem uniuersos natura
generauit: & unius eiusdemq; rei gratia:
• quanq̄ i meritis dispares efficiat uirtus. &

quoad Repbas.

Aie dāna
torū ē i
morrales

ille, s.

Epil. 9.

uiriū: & dignus sit malo ppetuo: qui cōtra
 se reclamante natura bonum (quod erat per-
 petuū) paruifecit: cōtēplir: abiecit. SE. Tri-
 partito ordine perpulchre hactenus est a re
 mōstratum. animos haud interire: uel q̄ eā
 cōpositionē non habent: quę corruptionis
 est causa; uel nulla (in quæ resoluantur) prin-
 cipia: cū sint ex nullo creati; uel q̄ deniq; 3.
 nequeunt ab suo fine diuelli: qui Deus est
 uita/ gloria/ imperio/ & maiestate sempiter-
 nus. Ceterum supest quod iterum moueat
 possint ne extinguī: & in nihilum redigi.

Epil. 9. pti. r. s. q. i. p. partiti.

1. p̄icularis
epilogus

Intez Dicit. C.

MA. Acute me iterrogas: atq; etiam urges.

.So.

At sine parumper occiput fricem, SER: Fri-
 cato q̄ diu lubet, MA. Sed & subrides? SE.

Id efficit tua ista fricatio, MAT. Eia age.

Quā tantā uim putas: quæ stirpitis animū
 queat extinguere. SER. Mors fortasse: sed
 deus ipse certo imēsus ac prepotens, MA.

Cum est sermo de aliquo: quod fieri nō po-
 test/ sublimem illam/ diuinamq; maiestatem
 semper excipio: quæ nihil agit difficulter.

Si uero morrem dicis: certum ē unde respō-
 deam, SER. Sat id mihi erit, MAT. Nulla
 est enim uirtus tam firma: tam ualida: tāq;
 cumulata: quæcunq; quotaq; illa sit: neq; si

Aīa rōnalis
nō pōt ad
nihilari.

Aura cōcipe
aīalia q̄dā

Not.

tantum dixeris morrē: sed sydera etiā/ aut
angelos/ aut demones/ aut aliud/ quod ma-
ius his cogitari possit: quæ se se eo usq; pro-
tēdat: ut facere queat siue ex nihilo aliqd:
siue ex aliquo nihil. Reluctatur utriq; natu-
ra. Non conflat artifex statuam/ nisi ex præ-
existente materia. Sed neq; partum generat
aliquod animal/ nisi p semē: si illis forrasse
non consenserimus: qui scripserunt anima-
lia quædam aura cōcipere solere: quod qui-
dem etiam in nostrā sententiam uenit: cum
aura non nihil existat. Similiter dico nec ua-
let rē quisq; que iam sit/ i nihilum uertere: si-
ue illam laniet: siue suffocet: siue comburat:
siue aliquid eiusmodi inferat: Deterior sa-
ne fieri potest: alterari quoq; uariis uicibus
atq; mutari/ sed i nihilum ueri ac euanesce-
re minime potest. Nulli. n. data sunt arma
tam fortia: quæ naturam expugnent: nulli
telum tam pernix: quod necem animis infe-
rat. Dei est. Dei inq; ista facultas: qui tam &
si potētissimus in omnibus est: non tam ui-
ribus tamen: q̄ æquitate moderatur uniuersa.
Nec certe quantum potest/ sed quantum
decet/ exequitur. Perindignum sane esset:
non solum Deo/ sed etiam homine uel me

diocriter instituto decertare aduersus natu-
ram: quæ paret Deo ipsi/ & ancillatur: si nõ
est ipsa deus. Animaduertendum præterea
illud est/ qd si animũ deus uoluisset esse mor-
talem: nunquam dixisset id (quod paulo an-
te tetigimus.) Hominem faciamus: qui præ
se ferat imaginem & similitudinẽ nostram.

Alia imor-
talitatis rō

Cum similitudo hæc atq; imago/ nõ ad cor-
pus/ sed ad animum tota referenda sit: qui
cum nullo alio magis (q̃ cū Deo ipso) com-
parari potest. Cum enĩ noscat & intelligat:
præteritorum reminiscatur: futuris consu-
lat: complectatur præsentia: meditetur: con-
templetur: administret: imperet: doceat: ac-
cipiat: & quicquid eiusmodi est: an aliud
dici potest q̃ diuinum quiddam? Quod si
diuinum etiam/ & immortale/ planeq; sempi-
ternũ. Sed neq; in ueteri testamẽto se deum
esse patriarcharũ tam sepe dixisset: si illorum
animæ cū corporibus interissent: Ego sũ (in-
quit) deus Abraã: deus Isaac: & deus Iacob.

Alia rō immortalitatis
et nũqd e deo mortuo
sive eoz q sup nichil.
q d e non e.

Testimonio dei maius non est. Idcirco ait.
Ego sum deus: ut tanto testimonio ille cre-
datur uiuere. Ostẽditur insuper Abraam ex
euãgelio eo in loco quem appellant Theo-
logi limbum/ & in eius sinu perinde atq; in

Alia rō.
Limbus

Alia rō

hospitio tranquillitatis/ & pacis amoenissi-
mo Lazarum sanctum & pauperē exceptū:
qui ābo plane nisi uiuerēt: non potuissent
sine mendacio alter conspiciendus demon-
strari: alter ī tūtissimo illo excipi sinu. Illud
etiam satis declarat: humanos aīos necessi-
tate esse immortales: q̄ deus ipse hac ī uita
suis electis sanctissimisq; hoībus aut nunq̄
aut certe rarissime ulla premia reddit tantis
digna uirtutibus. Sed neq; ī malos infurgit
quoniam peccant. Magis uero iustitia ipsa:
æquitas: innocencia: fides: pietas: conculca-
tur/ præualente utiq; atq; dominante libidi-
ne: hisq; facilius prospera cuncta eueniunt:
qui īprobe/ nepharie/ ac turpiter uitā agūt:
q̄ iuste/ sancte/ casteq; uiuentibus. Quod sa-
ne ita esse apprime Iuuenalis his uersibus
docet.

Iuuenalis.

Aude aliqd breuibus gyaris & carcere dignū.
Si uis esse aliqd. p̄bitas laudaŕ: & alget.
Criminibus debēt ortos: prætoriam: mēŕas:
Argentū uetus: & stārē extra pocula caprū.
Enī uero (si recta/ si iusta/ si benefica natura
illa diuina cēŕenda est: oportet profecto- ut
ex rectitudine sua/ atq; beneficētia/ & bona
p̄ meritis: & mala pro īpietatibus aliquādo

nobis redditura sit, quod alia nulla ratione
 fieri potest: quod sit animus immortalis. Sed
 quid opus est tam multa congerere? Si mo-
 rituri simul cum corporibus animi erant? pu-
 tamus ne Christum dei filium / & humani ge-
 neris saluatorem deuenisse in terram? carnem in-
 duisse mortalem? uaguisse? exuriisse? aluisse?
 sudasse? An proposuisset futuro æuo regnum
 cælorum? & decoram illam gloriosamque im-
 mortalitatem? An minitatus fuisset æternos
 cruciatus / & tartareas umbras? An tradidisset
 precepta illa iustitię: de quibus apud Mat-
 theum est ita locutus. Si uis ad uitam ingre-
di: serua mandata. Aut ioco fortasse tot / tan-
 tisque sermonibus / atque legibus uertisset ini-
 qua? Cur quoque dedisset in Mattheo iterum
 magnifica illa saluberrima ac certa consilia?
Si uis perfectus esse: uade / & uende quæ pos-
sides: & da pauperibus: & sequere me: & in cæ-
lo thesaurum habebis. Cur denique genus hu-
 manum tot / tantisque beneficiis: donis: reme-
 diisque cumulasset? Nascitur quidem hyeme: &
 inuisibile dei uerbum / sublimemque maiesta-
 tem capit tugurium uile / & congestum cespi-
 re culmen. Datur femine. Creditur fabro ligna-
 rio. Prædicat penitentiam: moritur crucis horri-

Alia effi-
 cax ratio

do turpissimoq; supplicio. Resurgit: lega-
 tos mittit disseminare euangelium: ac spar-
 gere Dei archana ab ortu solis usq; ad occa-
 lum in communem orbis terræ publicamq;
 salutē. Taceo sacratissimas uisiones: & mul-
 tis reuelata mysteria. Taceo pphetarum uo-
 ces: sibyllarumq; uaticinia. Taceo responsa
 idolorum: ipsa portenta: atq; pdigia: aliaq;
 innumerabilia tum hominum/ tum signorū
 testimonia: quibus liquet sole ipso clarius
 9.º humanos animos nūq̄ morituros. Videor
 mihi effecisse hactenus/ ^{ut tu te iā possis ex}
 paucis his & enarratis pbreuiter/ multa col-
 ligere. SER. Reliquum nihil mihi fecisti:
 quod aut dubitem: aut nisi uelim curiosius
 cauillari) putem amplius pquirendū. Quod
 omnium sane mihi difficillimum uidebat̄:
 id potissimū sum assecutus: ^{ut catholice de}
 immortalitate animorum differeres. Iam ue-
 ro (si placet) difficultatibus his tanq̄ scopu-
 lis superatis/ planum æquor/ & tranquillū na-
 uigenus. MA. Admodum lætor q̄ re quie-
 tum ista dimittant/ quæ disputauimus. Sed
 (ut unde discessit) reuertat̄ oratio: illud puto
 pfacile demonstrari iam posse. Cum sit ani-
mus immortalis: homini malo ac uoluptuo

actō isto firmissimo
 uelto q; firmitate fida to

Demonstrada 9.º q.



9.º q.

fo/ex rapinis/ atq; pditionibus/ delictis/ la-
 sciuis/ aliisq; foede/ nequiterq; commissis :
 nullum gaudium/ nō diuturnum dico: sed
 uix diurnum posse contingere. Inter cetera
 mala hoc grauissimum habet omnis praua
 uoluntas/ & male institutus affectus. Semp
 laborat occulto/ atq; intestino supplicio: &
 aculeis pungit suis. Gemit intra nos ratio/
 cognitioq; peccati ea: quam sinderesim uo-
 cant. & dies atq; noctes stimulis nescio qui-
 bus mentē increpat/ atq; admonet p stultis
 libidimbus: p caducis/ fluxisq; rebus: p ter-
 renis illecebris: quæ omnia æque fragilia/ &
 peritura sunt: ac uenter: (cui exhibet uolup-
 tatem) non esse posthabendam uirtutem: ac
 aiorum uerā/ sempiternāq; salutē. sed aduer-
 sus pessimas cupiditates instructa acie tanq̄
 aduersus hostes/ esse magnifice/ aioleq; di-
 micādū. Latrat istar domestici canis cōsciē-
 tia: morsus atq; vulnera sētēs sua. Scelus illa
 benigne nō accipit: nec uitia sine murmure
 atq; querela. Morder ubiq; eternūq; morde-
 bit uermis ille edax: q̄ nūq̄ morit̄: Recordā-
 tio receptarū uoluptatū mētē ipsā cit: & ma-
 gno torquet metu. Pulsat illā cōtinue ange-
 lus sacer: q̄ apud nos ē: imo itra nos resider

Infelix con-
 ditio ini-
 quonū
 Sinderesis

Conscia

Vermis.
 Memoria.

Angelus.

No.

bonorum omniū inspirator & custos: malo
rū uero dissuasor & restis. Defluūt exiguo
spatio atq; breuissimo: & singulis momētis
(quasi fluēta) decurrūt hę corporis fedæ/dā
nosq; libidines: neq; finem alium habent:
q̄ dolorem: ignominiam: luctum: interitū.
¶ Quis ergo satis sanę mētis eiusmodi uitis
delinitos / & luxuriis inquinatos diu tuto
ac perfecte gauisuros affirmabit: cum mor
dentem intus conscientiam sentiāt? Deum
in scripturis animaduersionē minitantē ex
timeſcant: cum deniq; post se ^{no}relinquat nisi
penitentiam / amaritudinem / pauorē uolup
tas empra dolore? Quo. n. cōmento: q̄bus
iocis: quibusue ludis hosce mihi dabis ple
ne exultantes: ut non sit acrior sollicitudo /
q̄ suauis libido? Erit ne cithara? an simpho
nia? an saltatio? an cantus? an noui concubi
tus? an lautiora cōuiuia? an insignia / hono
resq; delati? an deniq; ouationes / trūphiq;
ipsi: qui in n̄sū illos soluant: in intrepidāq;
læntiam? aut somnus talibus / cibusue pote
rit esse iucundus? Suspirabunt itaq; sepe: &
ingemiscunt / ut diximus / etiam inuiti occul
to quatiēte animum tortore flagello. Sed
(ne omittamus extrema) oro des mihi homi

nem omnibus affluentem diuitiis / muniē
 busq; fortunæ: quem frequens puerorū / an
 cillarumq; turba circundet: Setica & purpu
 ræ uari coloris: ac uictæ / gematæq; omēt.
 Nō desint calices: sciphi: uasa cælata argen
 ti auriq; fului: & qcquid eiusmodi ars ulla
 effingere / conflareq; potest. Habeat ingētia
 palatia: ortos consitos: ubiq; domos: ubiq;
 uillas: Iugera uero in diuerso solo tot: ut ea
 singula uix centum uertat aratris. Iungātur
 nauigia: quæ maria sibi omīa sulcēt: Aedes
 marmoribus: statuis: tabulis: ære: picturaq;
 resplēdeant. Cū pficiat: eum equonū mul
 tudo comiteē. Præcedant impedimēta: se
 quant quadrige onuste ingētib; sarcinis.
 Sit admirabilis magnificētia. & sūptus epu
 larum. Subiice illi populos: urbes: puītiā.
 Imperet Regibus / atq; Terrarchis. Hæc oīa
 fortunæ bona (quæ in unum congesimus):
 si uni tribuant: tangeret ne hūc perfecta soli
 daq; lætitia? aut felix censendus erit? SER.
 Nihil certe minus dicturū te existimo. Ego
 tamen nondum satis uideo: cur lætabūdis
 futurus non sit. etiam si felicem non dixe
 rim. MA: Ego uero existimo utrunq; faci
 lius negari: q̄ alterum posse defendi. SER.

In bōis for
 tunæ nulla
 felicitas

ow?
 Diff
 1. Letabūda eē
 2. let. foelice

Paulus.

1. Tim. 6
1. Tim. 6
1. Tim. 6

No.

Cōtra aua
ritiam

Diogenes

Aueo te cur ita sit p̄sequi, MA. Quoniam
(ut constat grauiſſimo atq; ſanctiſſimo testi
monio Pauli nimia quadā anxietate & ani
mi ſimul & corporis discrimine iſta querun
tur. Qui uolūt inquit diuites fieri: incidūt
in tentationem: & laqueum diaboli: & ī de
ſideria multa / & inutilia & nociua: que mer
gunt homines in interitum & p̄ditionem.
Malorum inſup̄ omnium radicem cupidita
tem appellat: quā quosdam appetētes nau
fragaffe inq̄t a fide: & ſe ſe multis iſeruiſſe
doloribus. Diſcurre per ſingula uitia: recū
cogita omēs ſuggeſtiones / & irritamēta dia
boli: nihil inuenies / quo mortalium mētes
facilius uincat. ^{q̄t. q̄d. cupiditate} Quis animus tā rectus / tāq;
bene inſtitutus: in quem cupiditas non do
minetur? Que uirtus tam p̄cipua / tāq; di
uina / in quam auaritia non frequēter incur
ſet? Quod deniq; p̄poſitū tam firmū: tāq;
continentiſſimum: quod nō aries iſte pecu
nię de gradu dimoueat: incuruet: ſibiq; ſub
mittat? Aptiſſime quidem Diogenes ille cy
nicus rerum omnium contemptor. Arcem
omnium malorum / pauli noſtri more cupi
ditatem nominauit; atq; cur aurū ctoceum
 re. Quid in christianos philosophos atque

Ampo.

Ex^m phoz beati.

Demetrius
Stilpon

Fortuna.
Virtus

Socrates

Ex^m phoz beati.

Phedon
Platonis

ad christianos phos

1. sapientes / omnes

factissimos Tyrani idolorum cultores pfece-
 re. Inaudita & innumerabilia in hos suppli-
 cionu genera excogitata sunt. Ante Datianu
 Vincentius Martyr in summis cruciatibus
 erat: & in illum uersus emittebat generosa
 hanc uocem. Videbis me Datiane plus pos-
 se dum torqueor: q̄ ipse du torqueas. Tu
 magis in inferendo tormento: q̄ ego in to-
 lerando fatigabere. Nullam uim habet feri-
 tal tua: qua uirtute sibi submittat: Te tuisq;
 machinis ea fortior est. Violatur id modo/
 quod uiolabile est: Virtus uero firma & in-
 concussa est: nulli irruenti uolentiae cedens.
 Jacobus intercisus (cui cognomen intercesi
 dedit totius corporis membratim atque ar-
 ticulatim dissectio: non ne conspexit se se
 tam horribiliter tamq; foede cum gaudio
 dimembrari. Quid Laurentius? Non
 est iocatus in crate: Et ardentes prunas
 pro nihilo duxit. Stephanum inter saxa
 (quibus est obrutus) tantum abest doluisse:
 ut eidem lapides illos etiam dulces exti-
 tisse legamus. Sed quid uiros comme-
 moro Machabeam matrem cum septem fi-
 liis Anthiochus sisti ante se iussit. Illam
 cogi ut legem uiolaret: cibisq; prohibitis se

Datianus ^{2^m ex^m}
 Vincētus
 martyr

Jacobus in ^{2^m ex^m}
 tercibus.

Laurentius ^{3^m ex^m}

Stephanus ^{4^m ex^m}

Mirabilis ^{4^m ex^m}
 mater. An-
 thiochus.

natosq; inquinaret. Stetit inconcussa animi
uirtute nobilis femina: neque tyrani preces
admisit: neq; minas exhorruit. Cepit Rex
iuuenes flagris ac raureis cruciare. Sed ma
ior natu nullo dolore animo fractus: nihil
proficis (inquit) Rex: Parati omnes sumus
mori potius: q̄ patrias leges / ac Dei nostri
iussa negligere. At p̄ summum furorem / &
ingenii sui superstiosā insaniam Antiochus
tum primum aeneas ollas / sartagineq; suc
censas præcepit afferi: deinde adolescentis
(qui fuerat ita locutus) linguam spectate ma
tre ac reliquis iunioribus fratribus ex inti
mis faucibus radicatus aputari: cutē capitis
cum crispāti: & flaua cesarie detrahi: sūmas
manus / pedesq; præcidi: & ad extremū suo
foedum cruore / & quasi exanime corpuscu
lum i sartagine torreni. De altero eo ordine
sumptum supplicium est. Tertius cum pari
ludibrio fedandus esset: linguam postula
tus / mox protulit: manusq; intrepidus / ac si
ne horrore in ardentem ignem extendit: &
stupentibus cunctis / atq; pauentibus / fere
no ille ac comi uultu se ipsum inspiciens in
quit. Omnia ista de caelo possideo: sed pro
patriis legibus: pro Deo Meo iam nunc

eadem ipsa despicio: a quo aliquando me
 ea recepturum: & quidē multo meliora cō-
 fido. Potuerunt & reliqui extincta fratrum
 suorum corpora: & tantis/tamq; immanissi-
 mis suppliciis habita non solū firmo pecto-
 re/ac siccis oculis itueri. Verū & ipsi quoq;
 p̄mptis adeo/excitatiscq; animis huiusmo-
 di sustinere tormenta: ut non tam inuiti in
 mortē trudi: q̄ ad solennes (ut ita dixerim)
 ludos uiderent̄ inuitari, Ventum ad paruu-
 lum demum/ & rātæ cladis reliquum matri.
 O pieras: O prisca fides: inuictaq; bello fe-
 mina. Hæc in paruulum ruens: oriq; admo-
 ta: ut quem imbecilliorē ob teneram etatem
 uerebat̄: est his uerbis exorsa. Ei adum fili
bono animo sis/ martyri mūphum cū fra-
tribus recepture, Tyrocinium tuū Deus op-
rimus maximus p̄spectat ex alto. Luctam
breue spatium terminabit: Erit uero pennis
ac sempiterna corona. Noli stulta quadam
parentis pietate moueri. Ego tibi nihil dedi-
nate: quod non fragile esset: & obnoxium
destructioni: quo contumeliose atq; crude-
liter abuti suo iure fortuna nō posset. Neq;
lucem (qua uides) uitamq; qua spiras) ipsā tibi
contuli. Fui tantum custos quædā imbe-

9^o p. pagēda

3^o

Antipō

Antipō

Antipō

Antipō

Antipō

Antipō

filii et matris ad
et emeritibus matris

Antipō

cillæ gratiæ nutritrix & pedagoga: e cælo sunt
ista: & dei certe est omne quod es: p̄ cuius
lege (quoties oportuerit) gloriosum est mo-
ri. Me uero nūquam penitebit uno die sep-
tem partus / septem funeribus excepisse: sed
potius felicem dicam: quæ uos filii nō mun-
do: sed cælo pepererim. Vix mater uerba
finierat: cum adolescentulus in celū ora cō-
uersus / & Deo gratias agēs. Quid me susti-
netis carnifices? nō pareo regi scelestissimo
(inquit) Strenue p̄gite / me cōfratrū meorum
sēpiternæ gloriæ adiicere. Educite de custo-
dia: & his uinculis / quibus detinetur / animū:
ut liber in cælum possit euolare. Sicq; læto
animo / & inflexibili horridam mortem ex-
cepit. Nouissime uero mater ipsa illustrior
filiorum morte / q̄ partu / est extincta post pi-
gnora. Exhibuit ille dies miserum oibus /
flebileq; spectaculum: ut neq; tanta feritate
satiari barbarus hostis: neq; pia mater tanta
domestici uulneris acerbitate flecti potue-
rit. Quid referam nostras Margaritas: Cate-
rinas: Apollonias: Emerentianas: Ursulas:
Barbaras: quando earū gesta fortissima no-
bis non modo ex scriptoribus: sed iam uul-
go ex pictura notissima sint: deq; his etiam

Margarita

Caterina.

Apollonia

Emerētia

Ursula

Barbara

muliercula quæq; philosophet ad colum:
 & cæcus in uestibulis ecclesiarum/ ac thuiis
 canter. Tuta igitur est uirtus ab omni me-
 tu: impendentiq; discrimine: nec ulli succu-
 bit dolori: nec frangitur impetu: quoniam
ea nihil est fortius. Quod si nec bello uinci
 potest: nec inclinari laceſſita: sed neque in
 cruciatibus ipsis gaudio suo priuari: quan-
 to uberius/ suauiusq; letabitur: cum sibi di-
 missa præclaro ocio fruetur suo. **SERA.**
 Magnifice quidem: & ad mea uota uirtu-
 tem extulisti: Videoque satis splendore il-
 lius ac maiestate nihil posse suauius dici:
 Nihil dignius suscipi: Nihil uberius coli:
 nihil sanctius uenerari: magnamq; in ea esse
 leticiam: multa iucunda: multa suauia: & ut
 Plauti comici sententia utar: uirtutem esse
optimum præmium: eiq; adesse bona uni-
uersa quem penes est illa. Sed illud quaero
 nun opus sit: quo uim suam/ nomenq; reti-
 neat) ut sit semper i actu. **MA.** Nõ sõnũ p-
 mittis sapiẽti: nõ aliquãdo uoluptatẽ queris
 & umbre? **SERA.** Potest ne dari? **MA.** Pro-
 fecto potest. præcipuus tamẽ fructus/ & ad-
 mirabilis illa gloria uirtutis actiõis ẽ tota.
 Quod sane ut probaret Aristoteles ad hoc

Intera 9. q

9. q

Plautus comici
 Qd. ẽ uirtus.

Qd. in uirtu sit semp i ad
 ad hoc ut ipsa sit uirtu
 So. let nõ in habitate.

9. q i habitu: tñ

9. q i actu: habitu fit.

Aristoteles

Qo

9. q

...civis celebratione Lex talis erat. s. q. quicquid videtur existeret ibi aq. ludo
ret quodcumq. nunq. requirere bellum. In munitur? Rhetorica
it quicunque Tyrannus p. dya. mundu. anno. dicitur viceret olypi. 102
premiu. acciperet.

et accipit
cecauerunt.

M. Tullius

exemplum rem contulit. Quemadmodum
in olympia non optimi/ atq; fortissimi! sed
qui certant coronant: sic & in vita/ bonoru
& honestoru (qui recte agunt) copores fiunt.
Deniq; M. Tullius in officiis nec abesse pu-
tat a vitio/ ob nimiam opam i res obscuras
atq; difficiles abduci a rebus gerendis: quas
a nobis exigat uirtus: cuius laus omnis (ut
ille inquit) in actione consistit; a qua tamen
fit intermissio saepe: danturq; multi ad stu-
dia reditus. Na quonia opatio secundu uirtu-
te nunq honestate & officio uacare pot: sed
intermissio pot. Idcirco i actione e uirtutis/ p-
fectissima laus: sumum decus: maiestas illu-
stris & gloria. Ceterum si de gaudio praeser-
tim est sermo: id certe uirtutis semper est co-
mes: ut paulo ante tetigimus: prauium in-
terdu: quandoq; subsequens. Vidisti in equu
paratum ad bellum clangente tuba (dum re-
tinetur habenis: ac in hostes gestit irrumpe-
re: hinc interim pre gaudio: aures demitte-
re: spumam ore iactare: se se loco continere
no posse: se fore inuitare/ ut inclinato pillo
se dedat in hostes. Ita non nulli (dum boni
aliquid moliunt): solent gaudio quoda opa-
tionem longe praecedere: tum uero multo

Similitudo

quoquo sicut aliquo m.

No. le

Antip
ex fieri
fita.

magis laetari/cum se uideret affecutos quod
tam inflammato studio ante cōrederāt

¶ Sed neq; silentio inuoluēdum puto/ quan-
tus ^{in vltima} (prēter reliqua egregia/ & salutaria bona)
est nobis cū amicis/ uel ex sermone/ uel ex
cōsuetudine animi gestus: Quotiēs uiros
optimos ^{in ps} aduētes/ inter oscula sancta/ mu-
tuosq; caritatis amplexus collabimur. &
quidem cū sermo onē de p̄bitate: uirtute:
Deoq; ipso: Aut certe cum alius alium isti-
tuit: aut currenti calcar adiungit: quotiens
suauitate fādi/ cibum/ ac somnum oblitū/ cū
die adūgimus noctē: aut cum nocte diē:
¶ Scriptores ueteres (quibus cura fuit de ami-
citia differere!) diffinierunt in rebus huma-
nis nihil esse felicius ea necessitudine: que
inter bonos mutua est/ atq; ^{in infra} par: quam non
commodum ullum: nō ^{delectatio} delectatio: nō prae-
sentia corporum: sed honesta ratio: uidem-
mores: eadem studia conciliant. Neq; dul-
cius quicq; esse (dixerunt) q̄ posse cum alte-
ro loqui: ut secum: accipe mutua/ & dare cō-
silia. Hinc illud celebre Salomonis & p̄ba-
tum Eulogium. Amico fideli/ nulla est cō-
paratio. Atq; illa Ciceronis uulgata sentē-
tia. Quid dulcius/ q̄ habere/ qui cū omnia

Consuetu-
do bono
rū suauissi-
ma

Salomon ^{eccl. 29. b̄c}
^{eccl. 6.} ^{inuentam}
^{uicuz.}

Cicero i de Amī.

audeas sic loqui: ut tecum? Qui esset ^{amoris bene} tantus fructus in prosperis rebus: nisi haberes: qui illis æque ac tu) gauderet? Aduersas uero difficile ferre esset sine illo: qui illas etiam grauius (q̄ tu) ferret. Nihil est: quod potuerit uenus dici: sanctiusq; tueri. Sed ad hæc omnia si Christi amor accesserit: cui cætera cedunt: quid uero tum dicendū erit? Nam (ut de me ipso loquar) cum Timotheo nostro: uiro quidem doctrina & sanctitate uiræ clarissimo: cõmuniq; nostræ regeneratio- nis auctore: multis in locis (ut te non præterit) annos ferme totos plerunq; fui: atq; uixi. Illi me sacris in litteris: atq; in his liberalissimis studiis: graue non fuit: discipulū admittere. Deinde princeps hic mihi extitit ad ineundam rationem instituēde concio- nis: & pclamandi ex pulpito: hancq; uocē sua industria: suisq; præceptis cõformauit. quanq̄ & in hoc populari dicendi genere: & i illis (que dixi) studiis: parum certe pro- fecerim. Sed me q̄ letū: q̄q; felicē extitisse tum credis: cum tanti uiri mihi liceret con- tubernio uti: uirtute singulari frui: huma- nitatem: modestiam: sapiēciam: religionē: pietatē: reliquaſq; uirtutes admirabiles cõ

qm illic mandauit dng
benedictionez et uita.

Timotheus
Xoñis carptoy
reularis pro
det sumo.

ca hūilitat. ecc.
hūilitat. ex

templari? Tenebat animum semper deuotione precipua: & admiratione ac suauitate incredibili uir ille eloquio dulcissimus: atq; eum dicentem obseruabam studiose: & quoquo se uerteret, sermōibus eius suauissimis ^{ego orat.} tractus, ^{terrimo} illum prosequabar. Fateor inde usq; ^{valde} uitam mihi iucundiozem nullam fuisse: nullum sermonem dulciorem. nullū etiam tempus felicius, atq; fructuosius. Sed ne per longa exēpla (quibus abundamus) nostra se nimium diffūdat oratio! En q̄rami Seraphim frater, his paucis diebus, p̄ nobisq; nōnunq̄ ex mutua consuetudine est mentibus nostris adaucta suauitas: q̄q; excitatus nescio q̄s flagrantissimus amor: qui sæculi honores: qui magistratus: qui fastes: quę opes: quę corporis uoluptates: quę tandem illecebrę huic felicitati erunt nobis anteponendę? Satis illud mihi quidem cum Cicerone iam conuenit: uicissitudine studiorum, officiorumq; nihil esse iucundius: neq; quicq̄ appetentius similiū sui: nihil rapatius, q̄ natura: atq; illud adiūgo: nō parua ī malis uim hoc ipsū habere: sed ī optimisq; busq; q̄ maximā. Nā si tātas uires ^{uo. if}

Cicero

f. ii

1. ifigmalpomoze

Ar. a. n. ad
mag

morum similitudo habet/ & nominis tan-
 tum commemoratio ipsa delectat: ut etiam
 ad amandos (quos nunq̄ uidimus) nos alli-
 ciat: q̄ efficacius erit uiuū ipsum/ ac spirans
 eximia cuiuspiam uirtutis exemplar: q̄ro
 uisam expressamq; bonitatis imaginē plus
 admirabimur. Apostoli uiuendi formam
 ex Christo acceperunt: illum inspexerunt:
 obseruarūt. audierunt: Idcirco illi plus ex
 eius moribus traxere/ q̄ postea: ad quos
 ex libris sola fama puenit. Maius quidem
 est testimonium oculi/ q̄ auris: & moribus
 credit facilius quisq; q̄ linguis. Quod q̄-
 uensimum esset ostendens dominus disci-
 pulis iquit. Beati oculi/ qui uidēt/ quæ uos
uidetis. Quam sane temporum felicitatē/
 & gratiā cælitus datam cū Simeon uidisset
 in tēplo/ se quasi iā beatum nihil amplius
 uisurum optauit/ sed hanc exultās uocem
 emisit. Nunc dimittis seruum tuum domi-
ne secundum uerbum tuum in pace. Quia
uiderunt oculi mei salutare tuum. Prædicā-
 tur ī tēplis quotidie gesta saluatoris. Apo-
 stolorum: martyrum: confessorū: uirginūq;
 uirtutes efferunt. Quis nostrum ē tam du-
 ro/ agrestiq; animo: qui ad præconū uoces

†
 5. Aph. x. Jesu dulcissimi.

Jesus dulcissim. 5. 13.

Simeon

Lac. 2.

non moueatur: tot tantisq; uirtutibus non
 concreet ad illos imitandos: Non capit ple-
 runq; astantes uasta fori latitudo: non inge-
 tes undiq; porticus: non iminentes desup
 culmi. Tum in plausum/ tum i tristitiam:
 tum in risum/ tum i fletum (cum est opus)/
 pentus artifex/ ac sanctus orator cogit ce-
 tus astantium. At uero si uidisse nos talia:
 quæ obstupescimus audientes: Si interfuis-
 se spectaculis (quæ cum leguntur: nos incen-
 dunt ingenti quodam amore uirtutis/ diui-
 nitus contigisset): quæta maiores aiorum mo-
 tus nobis res ipsa dedisset: cū certū oīo sit
 quod tradit Oratius: nosq; ante tetigimus.

Seneca

Oratius

Segnius irritare animos demissa per aures:
Quam quæ sūt oculis subiecta fidelibus:
 Profecto ab immortalī deo nulla res no-
 bis data est amabilior: nulla iucundior: nul-
 la pretiosior: nulla uberior: q̄ cum aliquos
 bonos uiros: nostriq; ^{boni} ppositi simillimos
 in uita nāciscimur. In his (præter ipsū uber-
 rimum fructum/ atq; incredibile illam ani-
 mi uoluptatem/ quam quærimus) & in ser-
 mone / & in incessu/ atq; i moribus/ diuinū
 quiddam elucet/ & bonus Christi odor: q̄
bonis est odor uite i uitā: malis uero mor-

9. q. 1.
 at q.
 1. q. 1.

DAVID

Seneca

ris in mortem: ueluti amomum & balsamum
fragrat. Si hominem uideris (inquit Aeneas
noster) interterritum periculis; iractum cupidi-
tatibus; inter aduersa felicem; in medijs re-
pestatibus placidum; ex superiore loco ho-
mines uidentem: ex aequo uero deos: non
subit te ueneratio eius? Non dicis ista res
maior est, altiorque: quam ut credi similis huic
in quo est corpusculo possit? Animum ex-
cellentem moderatum: omnia tanquam mino-
ra transeuntem: quicquid timemus: opta-
musque ridentem: caelestis potentia agitat.
Non potest res ista sine adminiculo numi-
nis stare. Est ita sane carissime mi Seraphi:
ut omnes christianae ac uerae deliciae in bo-
nis hominibus sint: cum illis Deus: illique
cum Deo assidue maneant. An nescitis (tali-
bus inquit Apostolus) quod templum dei estis
uos! & spiritus sanctus habitat in uobis?
Quid templum? cum etiam certam quan-
dam & expressam diuinitatis gestent effigiem?
de quibus per os David est solennis illa
uox dei: Dii estis uos, & filii excelsi omnes.
SER. Magnae mihi uoluptati extitere: quae
de bonorum hominum consuetudine, atque
odore attigisti: eaque hausi tam auide: ut te

Coz. 6. Paulus

f. 81. DAVID

Interpellare ut in ... Vallog
4. Sc. de gustu diuine contemplationis. L. pro aliquo p. ad.
ut i. 2. p. diuine. 29. *Vn. Ro. 8. qui et*
interpellat pro n

90

continentius dicentem nusquam interpella-
re potuerim. Sed neque tam id feci: quod me ista
laterent: quod tractum animum rei nobilitate
sermone deinde usquequaque suauissimo
demulsi, MAT. Id sane ex uultu & atten-
tione notavi. Sed ne est de hoc hactenus
satis: SER. Satis ut censeo: si qua praesertim
supplunt potiora. MA. Superest si iuuat: ut
paucam quaedam de gustu diuinae contem-
plationis dicamus: in quo non modo delectatio
capitur: sed inest quoque magna pars uitae
beatae. Verum res ista paucorum est: & eorum: qui
de perfectissimorum. SER. Cur paucorum qua-
sio? MA. Quod rei familiaris curam: omniaque
huius seculi ac uitae praesentis studia abicit:
iubetque otium summum ab ipsa hominum fre-
quentia prorsus seiunctum: quae pauci admodum:
uel uolunt uel possunt. SER. Recte quidem. Sed
cur est perfectissimorum dumtaxat? An illam
non & nobis licet degustare? MA. Omnia
quidem trito illo ueteraque pro uerbio: precla-
ra rara. SER. Multis quidem difficiliorem
operationem extitisse (quam otium) arbitror: tuque
paulo ante dixisti egregium decorem lau-
demque uirtutis rotam in actione consistere.

fiiii

9. p. h. t. q.

DAVID

ps. 92.

1. Vita actiua
2. Cōreplatiua
3. Mixta

Augustinus

MAT. Est uero negociosissimum etiam
ipsum contemplationis ocium: & uicibus
atq; actionibus fatigatur suis. At non spre-
ta rerum gerendarum cura: ipsoq; humano
rum sensuum usu: quātum quidem potest
humana fragilitas in illa sublimia aduola-
re laborat: contendit: anhelat: & saepe ani-
mus fessus cum ppheta suspirat. ^{q. d. e. sic} Quis da-
bit mihi pennas sicut colūbe: uolabo: & re-
quescam? Distribuēda ē sane tripliciter uita
bononū: ut hoc loco dicēda facilius itelli-
gi queāt: quoniā ^{1. d. e. sic} alia qdē actiua ē: alia cō-
replatiua: alia uero ^{2. d. e. sic} ex utroq; cōplexa atq;
mixta. Qui. n. munera caritatis (que quidē
maximæ actiōis sunt) diligēter ac optima
fide tractauit: is sane bonus dicendus est.
Sed is melior: qui opportune est profecu-
tus alterutrum. Optimus uero ille ac ferme
beatus: qui contemplationis intentus dul-
cedini: soli deo: ac supremis inhæsit. Erūt ^{3. d. e. sic}
ista tamē tempori accōmodanda: atq; unū
ita suscipiēdum: ut alterum (cum oportue-
rit) non omittatur. Diuo Aurelio fundatori
nostre huius quietis & pacis: egregiā hanc
prater ceteras: laudem merito ascribēdam

Ho. h. e. f.

^{h. q.} puto: ut saluti publicæ/sibiq; ipsi ita uixe-
 rit: ut si cōmune commodum quærimus:
 in sæculorum omniū utilitatem datus esse
 uideatur. Si præclarum ocium/ & a publicis
 rebus uacationem: illius animus i cælo ma-
 gis/ q̄ in corpore habitasse credatur. An il-
 lum putamus sine ascensione animi & rap-
 tu mentis in deum/ mysteria illa sublimia/
 ac diuinitatis archana tot uoluminibus
 potuisse complecti? Aut hereses tantas de-
 struere? tot editiones relinquere? toties ser-
 monem ad conciones habere? Legere præ-
 terea? dictare? scribere? pōnificatus admini-
 strationem gerere/ absq; actitatione/ atq; la-
 bore? Vigiliis/ atq; sudores dulci hoc con-
 templationis fallebat solatio. Refectus de-
 inde animus ad lucubrationes solitosq; la-
 bores actior isurgebat. Nec aliter ista inter
 se distāt/ q̄ q̄ unū dulcius: alterum utilius.
 Vnum beatus: alterum fortius esse depre-
 henditur. Sed in omni perfecto uita ex tē-
 poris postulatione his utendum est/ ut di-
 ximus. Sic Moyses modo beatus/ fuit diui-
 nę maiestatis intuitu/ atq; sermone: modo
 uexatus a Pharaone cum populo Dei. Sic

siu. aureol. interrogat



de cōtemplans Solatio.

no. le.

Moyles *i. q. 2.*

no. le.

Paulus ^{ex^o a^d}

Nos. ^{ex^o a^d}

99 Canonicoꝝ
regularis
uita ^{mixta e}

ita. ex. ^{cōteplā}
- et ^{actiua}

Paulus modo raptus in calū: modo a chri-
sto anathema pro fratribus, Sic nos modo
dimicamus: modo potiri pace quiescimus.
SER. Nostra regularis hęc uita (quam seq-
mur: ut uideo) media est atq; cōmixta. Nō
uagamur quotidie: Non mēdicamus in cō-
pitis: Nō terimus diuitum postes: Non in-
dulgemus uiduarum fabellis: puellarumq;
sufurtis: utillarum nutriamur opibus: su-
stentemurq; marsupis, Cæterum contem-
plationi: orationi: cellulæ: silentio pars cer-
ta tēporis datur, Simulq; suscepta est præ-
clara illa actio: & salutans prædicandi: con-
sulendi: penitentes audiendi: & cetera id
genus: in quibus summa christiane pietatis
fundamentumq; uersatur, MA. Sentis (ut
est) de nostro uiuendi more: neq; ulla reli-
giosa professio: ac degendi formula meo
arbitratu alterū sine altero recte suscipiet.

4^o 7^o ex^o

MARIA
Martha
Nō stat sine
actiua cōre
platiua

In eodē hospicio atq; domicilio uixit MA-
RIA cū Martha sorores illę fuere. Ambæ
dominum exceperere: neq; Maria pedes sal-
uatoris osculis & amplexibus tenuisset: ni-
si soror interim ministrandæ domus curā
suscepisset, Mysterio ista non uacant, Sal-
uatoris tamē testimonio una optima dicē

da ē & alteri præferenda: quanq̄ inuicem
difiungi nō possint. Erit idcirco beator^{9^o} q̄
optimā cum Maria sortitus partem euolat
ex his cōtagus in clarā illā lucē cælūq; sy-
dereū. Illius. n. animus ibi fixus erit: ubi fu-
turus ē sēpiterno: & nescio quo intuitu cla-
riore: crassa hac corporis excussa caligine.
(quæ nūc (ut ille ait) obducta tuētī Mortales
hebetat uisus) dei maiestare cōspiciet. sen-
tiet interdū ita se rapi: & tāta deliniri gloria:
ut ubi sit nesciens: magnis spatiis corpus
nullatenus ageret: sed demū sibi ipsi resti-
tutus egre illud: & tanq̄ ergastulū uideat:
sitq; oīs ī eo grauissima mora: cupiat exire
ex his uinculis: & se eximere carnis tyrāni-
de: quæ illū deprimat aliora moliētē. SE.
Nō habeo quod obiiciā tantæ ueritati: sed
quoad eius possim & liceat elaborandū in
eo ē mihi præcipue: ut ad pedes Iesu puo-
lurus recūbā cū Maria: illos rigādo lachry-
mulis: quas dulcedo contemplationis ex-
cuciat: & uis: atq; ardor ingentis caritatis.
MA. Facies sic te beatū Seraphim frater.
Ipsa enim crebra in deum mentis ascēsiō:
diligēs q; ac peculiaris oratio: quotidiana
præterea diuinorum meditatio: qd aliud

est: q̄ uirtutum omnium parens & alūna
 & earum deinceps conseruatrix & custos
 Quid inq̄ aliud q̄ fundamētum quoddā
 spiritualis structuræ ac nutrimentum: ex
 quo uiget ac spiritum ducit religiosa per
 fectio: Quare te adhortor: (id etiā enitar
 atq; contendam quātum mortalis ipse po
 tero) ut tanq̄ uita fructus cæteris rebus) so
 li deo uiuas: sine quo inane ē omne quod
 uiuitur. SERA. Nulla iam res æque mihi
 est diffinita: uotis faueat pius IESVS &
 immortalis: tuæq; mihi opitulētur preces.
 MAT. Quoniam igitur uis contemplatio
 nis exposita est: si quidē placet: quæramus
 de reliquis gaudiis & iis potissimum: que
 in morte procreat sanctis hominibus spes
 illa amplissima futuri premii / sempiternæq;
 mercedis: quæ quidem malis nulla est: bo
 nos uero tanto animo esse cogit: ut non
 (tanquā malū) mortem ipsam aspiciant: sed
 ut malorū oīum terminū / ac certū quoddā
 sēpiternæ felicitatis initiū. Nā quēadmodū
 ualitudinis causa / potiones amaras / auide
 animoseq; sumimus: ita (qui pie / iusteq; ui
 xit: nihilq; commisit: quod aut consciētia

id dicitur heret
 ue deo soli. et quod
 nat caro) querere nol

transito

Gaudiorū
 rō ī morte



9^o p

p²

meruat/aut uirtus excludat:)uenientem in
se mortem paratus/ac latus excipiet: imo
neq; formidabit illi obuius: & contra (ut
poeta ait) audentior ire: & horroni/ultimis
terribilibusq; supplicis stipendium illud
propheticum antepone. Cum dederit di-
lectis suis somnū: ecce hereditas domini.

Correctio.

DAVID. ps. 126.
est. n. g. charitati de ppetz
q non irritatur.

Iubebit eūdem etiam felicia cogitare: obli-
uiscij uero malorum pollicitatio illa euāge-
lica. In illa die gaudete & exultate: q̄a mer-
ces uestra copiosa est in celis. SER. Fareor.

in tota philosophia nullā unq̄ uocem cer-
tiorē emissam: q̄ ueterem illam/ & in ore
omniū habitam. Maxima pars securitatis

No.

est/ nihil inique egisse, Sed neq; ullum alia
quacūq; de re sanctius uadimonium in di-
uinis sermonibus datum: q̄ q̄ impossibile
est/ eum malum exitum subiturum: qui ui-
ram innocentem/impollutamq; peregerit.

Impossibile
ē bene uiue-
re: & male
mori. (63/0, D.

Sed illud nescio admirer ne/an paueam: q̄
pleniq; sanctissimorum hominum/acturi ul-
timum spiritum; uidētur quidem (ut est sæ-
pe compertum) mortem nō dicam optasse:
sed odisse. Illos desperatione quadam nō
nunq̄ uidimus ipsi i crucifixum expuere/
imaginesq; sanctorū. Impatientes uolutari

lectulo: unguibus / pedibus uniuersa cōcal
care: & dentibus mordiculis lacerare: se auer
tere a salutaribus assistentiū monitis: ecclesie
uitalia sacramenta reuicere. Vt possunt blas
phemias interdū: & nepharia uerba balbu
ciantes ifremere: ut nō tā spiritū deo redde
re q̄ aīam indignabūdi proiicere uideant̄.
MA. Potes siquidē taliū mortē expauesce
re: tibi q̄ leuiorē comprecari. Sed certe eius
modi admirari nō debes: cū sane id nature
tantummodo / sensus q̄ sit. Ratio uero ipsa
tum iaceat ui morbi sepulta: & mētis acies
succūbat expugnata doloribus. Neq̄ fēda
illa / atq̄ maledicta uolūtati ascribēda sint:
sed furori. Idq̄ eis / aut ī uenialiū expiatio
nē: sine q̄bus uita non ducit̄: aut certe ad
gloriæ cumulū clementissime bonitas diui
na p̄mutat. Id etiam p̄uenisse sepe credide
rim ex rētatore diabolo: qui postrema uita
fungentibus nobis se se tanq̄ leo rugiens
offert: ut oēm spem & aīum frangat: ipotē
resq̄ submittat: quēadmodū cupiā ex re
gularibus nostris / homini qdē iustissimo
accidisse nouimus: qui ubi p̄ sūmū furorē
in obiectā crucē s̄apius expuit. Melius cule
randē se habēs / atq̄ trāquillius / suspirās / &

50.
Exēplū mo
riētis cano
nici

collachrymās. Te uici Demon(iquit) & au-
xilio occurrētis. dei iā parta ē mihi reſes,

9^o Nō queramus igit̄ dū iudicio caret; qd̄ co-
giter: agat: ac loquat̄ infirmus. Nā p̄inde
atq; in amentē & phrenesi p̄citiū culpa nō
cadit: ita extrema hęc gaudia (de qbus fuit
sermo) nō cadūt in quenq; nisi quoad ille
potest iudicare de rebus, SERA. *1. a. p̄ntio. 1. g. fctio. r.*

9^o quippe sine ratioe atq; iudicio: ai gaudia
plene gustari nō posse. Contra uero in illo
(q̄ sapit) ea esse q̄ maxima. MA. Venit igit̄
ad exitū res. Itaq; habes & uiuēs & monēs
quomō gaudeas. Deo ā benefauēte habe-
bis in crastinum, quomodo ī caelesti domi-
cilio: ac gloriosa illa patria p̄niter sis ga-
uisurus. SER. Res (ut dicis) ad exitū uenit:
& quidē oportune: Iā. n. crepusculū est: &
hesperus micat. Sed te rogo p̄ deū (quę ho-
die/p̄ndieq; disputauimus) diligenter me-
mona teneas: ut p̄ ocū ea litteris mandes:
quod erit mihi/multisq; sēpiterno solatio.

1. a. p̄ntio. 1. g. fctio. r.

9^o

9^o

9^o

+

Amen.



SECUNDA
DISPUTATIO
FINIT

Deo gratias

TERTIA DISPUTATIO

INCIPIT

MA.



TSINON DVBITO

non nullos admiraturos: quod ego in quo non modo egregium: nihil est oratoriae facultatis: sed neque aliquid proximum eloquentiae: uel mediocri: de gaudio uiae beatae: & decore domus dei ausim disputare: atque ea suscipere: & (ut petis) litteris deinde mandare: quae philosophorum ueterum ingenia nunquam attigere: aut quae certe nostri catholici: uiri quidem doctissimi: atque sanctissimi: cum attigissent: ut ea nobis ^{per que nobis interceperunt} prouia deinde facerent: non mediocriter desudarunt. Cogit me tamen beniuolentia: caritasque inter nos mutua: ac praecipuus ille tuus in res diuinas animae ardor carissime Seraphim: ut hoc munus aggrediar: maius fortasse: quam meae uires sustinere queant: aut ingenium pollicentur. Etenim cum non sim nescius: fortius se immittere aurbus: atque influere in animos disertam: & ornatae ueritatem: quam rusticanam & simplicem: tantaque uires habere eloquentiam: ut nihil sit tam incredibile: quod non

colleat inestis.

palpebra

receptaculum mris. sinat pty

litus excessus fluctibus

et act. 27. Simi qndā cōfidabāt hntes litq; quā
cōspitabant. si possent enē naturā.

on timoribus quā impigritas
dilatatō auz
curuatur auz

horum narrationem strictam / macilentam
^{l. strictam plenam}
interdū & sinuosam: nec apertā omnibus

Antipō

fatis. Idq; non uitio! sed magnitudini rei
& ac mysterio fidei esse ascribendum. Nō ta-

Antipō

men dixerim / rebus diuinis eloquētiā esse
^{ex}
detrahendam: sicuti neq; formosæ mulieri

naturalem sui capitis comā: cum sit nulla
tam elegāti corpore: quam si decalues: nō

Antipō

continuo sordida ac deformis uideat̃. Sed
neq; dixerim sublimia illa / atq; cælestia ad

Antipō

oratorum leges & imitationes penitus esse
cōponenda. Interdū si quidē ipso oratione

Sublimitas
eloqui di
uini

dicēdi genere aliquid multo sublimius po
stulāt: excedensq; omnē mortalis eloqui

Paulus

uim / & facultatē: quale fuisse in Prophetis
nōnunq̃ iudicandū est: & in Paulo: quem

Hierōymus

(quoties Diuus Hieronymus legeret: se di
cit nō uerba audisse: sed tonitrua. Interdū

est etiā (ut dici solet) sub paliolo sordido
sapiētia: & nucleū sapidū obtegit arida te

Antipō

sta. Quod idcirco fieri necesse fuit: ne sum
ma illa ueritas & archanū fidei p̃ humanā

Quare diui

sapiētiā fucūq; uerborū puenisse ad nos
na scriptu
ra ē humilis: putareē. Ceterū ut ad nostra tēpora uenia

na scriptu

mus: q̃ nūc se theologos p̃fitent̃ / non tam
ra ē humilis: putareē. Ceterū ut ad nostra tēpora uenia

ra ē humilis:

fulgētibus armis / q̃ fortibus dimicāt: quæ

Arma fortia

fulgētibus armis / q̃ fortibus dimicāt: quæ

theologo

rum

rentes magis quod uerissimum sit probare
aut certe defendere quā cultū linguæ & ora-
tionis ornatū cōmendare. Ego uero tã&si
luculentā illam & ppolitā orationē præfer-
tim hoc loco de me polliceri minime pos-
sum. Operam nihilominus dabo: ne in hor-
ridam illam: acerbā: rigidam: nodosamq; i-
cidam. SER. Debeo tuæ humanitati pluri-
mum: quod me uelis tantū de te posse: quātū
nullis meis erga te meritis: nulla uirtute:
nullaq; dignitate uidear promereri. Verū
illud admiror: quod hodie ad tertiam hanc
disputationem tam timide ueneris: quasi
ista cum disputata erunt non possis (si uo-
les) ea ipsa tute atq; honorifice edere: ut
alia alias sepe fecisti: quæ permultis cara ex-
titere: & ubiq; honeste sunt habita. Nam
si poetæ turpes amores canere: & ceteri ani-
mos fabulis: constipareq; theatra cōcedi-
- Si Oratoribus: Dialecticis: Medicis: Astro-
nomis: & huiusmodi artificibus reliquis fa-
cultas est de suis dogmatibus differendi:
quis tandē nobis iure succenseat: aut offē-
sa aure nostra hac religiosa uite solatia fe-
rat. MAT. Cogitāti mihi quādoq; quāta
est quorūdam legentium impia (nescio ne

Polliceri loc
romi genus

Seraphim. lo. d.

M. T. M
Vulgus

ro a m. ad mag. Delegat.

Paulus

Math. eq.

Pessimū lec
torū genus

M. Tullius
Virgilius

Paulus
2^o Thimo⁴

dicam seueritas / an seuera impietas / parcen-
tium nemini: ut plus illi scisse uideant: in-
surgit quedā scribēdi despatio. Videas ple-
rosq; sibi sciolos / de inelegātia latini sermo-
nis / de gemiata littera: de aspiratiōe dictio-
nis: de diphthōgo: de pūctiōibus: & huius-
modi minimis sūmos etiā uiros / atq; doc-
tissimos supstiose carpe: cū illi certe infan-
tissimi sint plerunq; qui neq; sufficiāt ad
inventionem decē linearum; quorū temeri-
tatem / atq; stultitiam neq; effugit sācta illa
& admirabilis Cypriani: Lactāni: Hierony-
mi: Augustiniq; faciūdia. Sed neq; satis sal-
uus semp fuit. M. Tullius / totius eloquen-
tiæ fundamentū & gloria: ac Virgilius Ma-
ro diuini pene carminis auctor. Iā passim
in adiscentium manus plures cernimus in-
uectiuas: q̄ p̄baras epistolas: atq; oprimas
uererum editiones. Iāq; ad nos manauit ea
temporū pestis: quā p̄uidens Paulus ita
p̄dixit. Erit. n. tempus / cū sanā doctrinā
non sustinebunt: sed ad sua desydena coa-
ceruabūt sibi magistros p̄uictēs aurbus:
& a ueritate quidem auditū auertēt: ad fa-
bulas uero cōuertent. Et certe quid fabu-
losius: quid inanius: q̄ in tantū parua hæc

si sex uider
inelegantia
gemiata lra
Aspiratiōe dictōis
diphthōgo
pūctiōibus
hūmānis

p. de Veris gaudiorum
in patria. vid. e. p. 114
f. d. 29. p. e

minimaq; rimari/ ut nūq̄ ad meliora & ex-
cellētiōra ueniatur? aut aranearū more sic
muscas sectari: ut nunq̄ ceruus agat/ aut
aper? SER. Inuidorū sane/ seq; itēperate: ac
nimis amantiū/ est iste morbus: quos neq;
tu multum debes existimare. Quis nesciat
uel mediocriter doctus/ ipsam grāmaticē/
& praecepta dicēdi/ non (quasi leges) immu-
tabili esse necessitate cōstricta? Vnum Cice-
roni: alterum Crispo. Vnum Donato: alte-
rum Prisciano. magis placuisse: Et quod
uni familiare est/ & quasi uernaculum/ alte-
ri inusitatum esse: & peregrinum? Non. n.
rogationibus/ plebis ue scitis/ (ut ait Quin-
tilianus) sancta sunt ista praecepta. Sed de
his maledicis/ atq; stultissimis hominibus
satis. Ad nostra se uertat oratio: Quid est
ipsum gaudium sanctorum/ i patria? MA.
Vita beata. SER. Quid est uero/ quam di-
cis/ uita beata? MA. Rem magnam inqui-
ris: nec dū a quoq̄ mortaliū (ut arbitror)
satis diffinitam, SERA. Quoniam enī oīs
(quæ de re aliqua suscipitur disputatio/ ut
Ciceroni placet) debet a diffinitione profi-
cisci: uisum est mihi inde initium quærēdi
facere. MA. Recte tu quidem. Id. n. impri-

30.
Quintiliāus
Ad 113. p. 110. p. de gaud
sanctorum in patria. &
p. Quid est. a
Cicero

mis sequi conuenit: presertim cum possit.
 SER. An nō potest? MA. Potest uero: sed
 ipse ac difficulter, SER. Diffinias: ut ip-
 sa res patit. MA. Vis ne incipiā a philoso-
 phis: deinceps nostratia cōnectā? SER. Deli-
 ramēta mihi uideēt & sōnia: quę hac de re
 philosophi diffiniere: atq; audita iā milites.
 Ex oībus tamē illi nō nihil dixisse mihi ui-
 denēt: qui i uirtute sūmum bonū / aut in co-
 gnitione nature / ac primę cause rerū posue-
 runt: q̄q̄ omnino ueritatē non deprehēde-
 runt: quoniā sūmū i se bonū uirtus nequaquā
 habet: sed uehiculū magis dicēda est: sine
 quo ad illud pueniri nō pōt. Nā cū uirtus
 uno tēpore / homini p̄bo / ac sapiētī / oīa gra-
 uia: infesta: horrida: tristia / possit imperare /
 quomodo uirtus erit uita beata? Nā (quod
 acerbissimū est / & erūnæ / ac cladis plenum) /
 absit p̄fectā felicitatē esse q̄s dixerit. Quę
 enī molesta sūt: ea nō mō beatitudini non
 simillima: sed aduersantia / ac contraria po-
 nus dicēda sūt. Contēplari quoq; & rerū
 cognoscere causas / neq; sūmū bonū esse cē-
 sendū est: quoniā in eo laboriosa homini
 occupatio est: & diuturna animi afflictio:
 uigilias: studia: multas difficilesq; discipli-

Virtus nō ē
 sūmum bo-
 num. s̄ uehi-
 culū sine q̄ ad id p̄ue-
 ri nō pōt.

Speculatio
 neq; ē sūm-
 mū bonū

nas postulās: quibus omnibus cum pleriq;
 philosophi uel ad curiositatem/ uel ad glo
 riam inuigilassent: nihil aliud tandem sūt
 assecuti/ q̄p (ut dici solet) & oleum perdidē
 rūt/ & operam. Suntq; eorum assertiones a
 christianæ sapiētie doctis/ & dono quodā
 prouidentia genitis explosæ/ ac ludibrio
 habitæ. MA. Vnde hodie est tibi philoso
 phia tā grauis: qui philosophos maxime
 uenerari soleas: & iis (quasi inuentoribus
 rerum & principibus ingeniorum) laudem
 attribuere prope diuinam; SER. Illud etiā
 modo sentio ^{ut} philosophia nihil sit ma
 ius: nihil excellentius: sed neq; diuinius:
 modo illa se totā uertisset in deum: neq; tā
 mortales honores: q̄ Dei testimonium/ &
 creatoris gloriam ^{phos} quentasset; ī quo quidē
 omnium illorum ^{phos} turbam nimis impie deli
 quisse Apostolus ad Romanos scribēs ap
 te demonstrat. Reuelatur inquit ira dei de
 celo super omēm impietatem & iniustitiā
 hominū eorum: qui ueritatē dei iniustitia
 detinent: q̄a quod notū ē dei; manifestū ē
 in illis. Deus. n. illis manifestauit. Inuisibi
 lia. n. ipsius a creatura mūdi p ea que facta
 sūt. intellecta cōspiciunt. Sēpiterna quoq;

9^o p̄ phos assertiones
 inuisibili
 philosophi

Paulus in
 phos ad. Ro. 1.

Hieronymus
(Aristoteles)

uirtus eius / ac diuinitas: ita / ut sint inexcusabiles: quia (cum cognouisset deum) non sicut deum glorificauerunt: aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis: & obscuratum est insipientes cor eorum: dicentes se esse sapientes / stulti facti sunt. Multo acrius Hieronymus in Aristotelem tonas: Attende inquit & tu fatuorum sapientium princeps Aristoteles: etiam si fueris absque dubitatione prodigiū: grandeque miraculum in tota natura: cui penē uide est infusū: quicquid naturaliter capax est hominum genus: quoniam sapientia mundi huius / stultitia est apud Deum: si cantas non informat: si intellectus non captiuat ad fidem: si cor ad christi seruitutem non inclinatur. Quare nisi tu melius quod copertum habeas: ut forte habes) ab his discedamus. MAT.

Cicero

Habeo nihil praeter Ciceronem: qui & si quando captus fortasse dignitate uocabuli: cum stoycis uirtutem ipsam summum bonum esse putant. In quinto tamen tusculanarum questionum libro. Videamus inquit) qui dicendi sint beati. Equidem hos existimo: qui sint in bonis / nullo adiuncto malo. Neque ulla alia huic uerbo: cum beatum dicimus / subiecta notio est: nisi (sectetis malis omnibus) cum ^{remotis} cumulata

videtur cum istis conditionibus

- 1.
- 2.
- 3.
- 9.

5. Tusculanarum quinquies lib.

bonorum complexio. Hanc assequi uirtus (si
quicquam prater ipsam) boni est non potest. Praecla-
re tu quidem Cicero atque fideliter (si ubi cu-
mulata haec bonorum complexio ab omnibus ad-
uersantibus seruata inueniri posset) docuif-
ses, quod certe fugisse te uel ex eo maxime
credi potest, quod cum eodem libro de uita beata
cum discipulo diu multumque disputasset. Ha-
bes (inquis) quae fortissime de uita beata di-
ci putem, & quomodo nunc est: nisi quod tu me-
lius attuleris. Cui mox discipulus. Melius
quidem afferre nihil possum. Quomodo nunc
est dixisse putandus es: quod ignorares qualis
futura esset post aduentum gloriosum saluato-
ris in carne: ac ubi: quando: & a quo dan ea
beatitudo posset: uacua omnibus malis: bonis
uero omnibus affluens. Verum omnibus his philoso-
phorum sententis omissis: in quibus tamen mul-
ta probanda: multa etiam utilia sunt. Modo ea
curae sit elicere, Veniamus ad bonum illud
quod exquirimus: quod totum positum est in
ea summa felicitate: ac plenissimo gaudio:
quod non de creatura: sed de creatore conci-
piat. Quae quidem tanta res est: tamque omnis
mortalis ingenii uires excedens: ut quod
ante iam diximus: neque diffiniri: neque satis

Cicero

Quid est de

de

de

de

de

de

de



Isaias

ysa. 66.

ides ysa. 66.

Quid ē de

ciū aut de

line. aut

Delicatiū

Titus

Plato

Paulus

possit intelligi: quoniā (ut suo Isaias testat̃
oraculo) nihil eorū oculus uidit: aut auris
audiuit: aut ī cor hominis ascendit: que pa
rauit deus iis: qui diligunt illum. Maiores
tamē nostri hanc uitā beatam aggressi / pluri
fanam sunt contēplati. Atq; illā Vates idē
sāctissimus Isaias cōplexus ē serie hac spe
ciosa uerborum. Deliciis affluens ab oīmo
da gloria eius: & uidebitis & gaudebit cor
uestrū: & ossa uestra (quasi herba) germina
bunt; Et. n. cum nihil (nisi quod p̃fectum
cumulatūq; ī suo genere est) deliciae appella
ri soleat: Idq; ratū modo (quod huiusmodi
est; delicatum / aut deliciae dicit̃. Qua rōne
principū sui s̃culi Titus / uel philosopho
rum Plato: uel etiam pr̃dicatorum oīum
noster Paulus / deliciae appellati sūt: p̃inde
deliciarum affluentiam cecinit: quo illic to
ta esse putaretur gaudiorum / perfectiq; cō
plexio. Simul cum nihil habendum sit ī eo
genere: ī quo felicitatē esse dicimus: quod
possit amitti: aut uerustate confici: aut cer
te immutari: quod etiam tutum non sit: in
expugnabile septū atq; munitū / uoluit cer
te: quod erat ab oīmoda sūmi & īmortalis
dei gloria / tanq̃ ex p̃enni plenoq; fōre ista

100

omnia gaudia manare: Ceterū cum dupli-
 ci hominem cerneret natura constare. Spiri-
 tuali. s. & incorruptibili ac intelligendi uir-
 tute prędita: quę certe animus est: & corpo-
 rali quoq; quę animalem naturam & cor-
 ruptibilem capit: ut esset homo ex omni par-
 te beatus. Videbitis inquit: & gaudebit cor
 uestrum: quod affectiōis tantum propriū
 esse: atq; animi potest. Et ossa uestra quasi
herba germinabunt: quod conuenire non
 (nisi corporeis sensibus) dici fas ē. Hęc etiā
 uitam beatam/omnia felicia continentem.
 tristia uero excludentem. In homine autē
 ita (ut beatus totus sit) receptam immorta-
 litatem gloriosam Lactantius uocat. Di-
 uis Aurelius noster negat enuntian posse:
 quibus referta sit bonis. Que uero in ea ma-
 la nō sint/posse facilius dici: quoniā certe
 nihil mali in ea cogitari pōt: boni uero tantū
 quā nulla ē cogitatio capax. Seuerino talē
 esse placet: ut exclusis a se oibus malis/bo-
 na uniuersa possideat: statusq; sit omnium
 bonorum aggregatione perfectus. Ambro-
 sius: Damascenus: Anselmus: Bernardus:
Augustinus iterum ac sepe/ & uniuersæ de-
 niq; theologorum scholę (ut breuiter dicā) Bernardus

Lactantius
Augustinus

Seuerinus

Ambrosius

Damascenus

Anselmus

Bernardus

consentent stabili illo fixo ac permanēte bono
in creato / id est glorioso deo uitam beatā
contineri . Cuius qui compotes fiunt : bea
ti sempiterno sint / ē necesse : cum eorū bea
titudinis sit origo p̄petua , q̄ si beati : & il
lud consequēs est : ut sint omnibus mole
stis uacui : metu : atq; ignauia . Quid prose
quor plura : quando eundem p̄pe sensum
omnia catholicorum hominum atq; sāctis
simorum scita contineant . An non magis
distribuerimus singillatim (si modo iam
tibi uideē) quid felicitatis p̄ se animus ca
piat : quid ue corpus ? SER. Quid . n . isto
rum eiusmodi est : non modo ut dicas ex
pecto : uerum & flagito . MA. Ut primum
humanus animus subtractus his corporis
nexus / ac terrenis labibus / ad patrē suū
& creaturæ omnis opificem (unde semel p̄
fectus est) redierit : tum illius aspectu fruet̄
beatissimo : in quo est illud præmium glo
riolum & sempiternum : quod uisionē uel
cognitionem theologi uocāt : de qua etiā
ad nos ē euāgelicū illud . Hæc ē uita eterna
ut cognoscāt te patrē / & quē legatū ad nos
misisti / unigenitū tuum . Atq; illa nō obscu
ra uox Pauli . Nos uero oēs reuelata facie

Paulus
2. Cor. 3.

gloriam domini specularē in eādē ima-
ginem transformamur a claritate in clarita-

em. Et preclara illa Augustini nostri sen-
tentia. Tota merces est uisio. Euecti enī su-

pra se ipsos / facultatemq; nature (quæ cum
finira sit / arēmitatē non capit) Lumine quo-

dam gloriæ / ac mirāde claritatis / sublimem
illam dei maiestare intelligunt quicūq; bea-

ti p̄ captu singulorū etiam plenissime. que
res tanto eos gaudio replebit: q̄ sane si da-

ni fas esset / ut i tartareis ignibus q̄s esset iā
beatorum: is nihil penatū / suppliciorumq;
sentiret: usq; adeo esset omnis dolor supra-

rus a gloria: & gaudis cederēt tristia. Que
certe felicitas / si tibi amplissima & cumula-

ta (ut ē ita: uideē: iā p̄grediamur ulterius
SE. Id sane sic esse duco. Sed tamē quoniā

p̄ captu singulorū oīs factos dicis esse feli-
ces) nosse ante cetera cupio: par ne sit glo-

ria hæc; adeo ut æque sit quisq; cōtentus:
an alter altero præpollet? MA. Impar qui-

dem ea est: sed tamen tanta cuiq; ut sit ille
contentus. SER. Id. n. qua ratiōe fieri pos-

sit nondū intelligo. Si. n. illa gloria sancto-
rum nō est in omnibus tota / atq; par

negandū esse uideē: illos prorsus esse con-

Augustinus ^{uidebim}
^{Amabim}
clare ^{tenebim}

Lux. n. in teneb's Lucet
et tenebre eam nō
comphenderunt et 105

2o

So. 9. q

Job.

An sancti
sunt eq̄ bea
ti / cōtentiq;

ut finit
ad post
nō dicit
moi

rentos: ac dici posse pbeatos, aut si beatos
dixerimus, necesse esse egris illos beatitudi-
nis gradibus frui: cū excedēs premiū/atq;
deficiens/beatitudinis culmē/ac pfectionē
excludat, Cū. n. beatitudinē ultimū homi-
nis finē esse dicamus: uideēt & illud conse-
quens esse: ut nihil praterea supsit: quod
uel cōsequi: uel cupere: ^{ille} qui beatus dicatur
possit. Quid enim ea re erit ulterius: quæ
omniū ultima est: aut quid reliquum boni
citra se fecit: qui sūmum bonum est assecu-
tus? Atq; sic etiam sacro & excellēti euāge-
lii testimonio æquabilitas premiorū osten-
dit: ubi p spēm patrisfamilias oparios do-
minus in uineā mittit. Alios quidē prima
diei luce. Alios tertia. Alios sexta: nona:
undecimaq;: & omnibus tamen/ ubi adue-
sperascer/ singulum denarium uirum i me-
ritum tradidit: quem cum accepisset. illi ip-
si: qui a primo diluculo ptulerant pondus
diei/ & æstus) conquesti acerrime sunt. qui-
bus quid tandem castamini paterfamilias
inquit? Non ne ex denario diurno conue-
nimus? Volo autem his nouissimis dare
quātum & uobis. An oculus uester nequā
est: q̄a ego bonus sum? Sic erūt nouissimi

Euāgelij testimonio.
· 20 ·

primi: & primi nouissimi. **MA.** Satis tu qui
 dem & prudēter & acute mihi uisus es du
 bitasse difficultatemq; magnis sentētiis &
